Juxta pofticum marginem palati offei exit ex membrana tendinofa, quæ, e naribus veniens, procedit per fuperiora palati mollis (*b*). In medio latitudinis palati mollis, fere a palati offei poftico margine usque ad radicem uvulæ, dexter finifterque continuati inter fe (*c*). Pars, fub Levatore palati mollis a principio jacens, exit ex aponeurofi Circumflexi palati (*d*). Pars per palatum molle incedit fupra Levatorem palati illius, cum pari fui per mediam palati longitudinem continuata (*e*). E palato veniens in latera quisque digreditur, fe curvat per lateralem pharyngis partem, porroque per pofteriorem pergit (*f*), conjungens fe cum

(*d*) Albin. Tab. 12. Fig. 28. m. Fig. 29. c.

(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 12. Fig. 11. f. g. Fig. 27. h. i. k. l. Fig. 28. f. g. h. Fig. 29. a.—f. Fig. 30. d. æ. e. f. g. h. i. Euftach. Tab. 42. Fig. 6. N. M.

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 27. i. Fig. 28. g.

(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 29. a.

(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 27. k. Fig. 28. h. Fig. 29. b. b.

(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 28. f.

(*f*) Id. Tab. 12. Fig. 27. l. Euftach. Tab. 42. Fig. 6. M.

cum Salpingopharyngeo & Stylopharyngeo (*g*). Horum extrema dextrum ſiniſtrumque fibris ſuis conveniunt inter ſe, per pharyngis longitudinem mediam (*h*), in poſticam partem membranæ pharyngis evanescunt (*i*), & inſeruntur cartilagini thyreoïdeæ (*k*); ſic ut altera pars inſeratur margini ſuperiori cartilaginis dictæ, inter proceſſum ejus ſuperiorem & epiglottidem (*l*); altera margini cartilaginis modo dictæ, & quidem lateri externo marginis illius ad radicem proceſſus ſuperioris (*m*), ac porro reliquo margini (*n*). Pars, quæ ſe per latus pharyngis demittit, eminet intra eam, arcumque facit poſteriorem, qui per latus faucium a palato molli deſcendit (*o*).

Cum utrique ſimul agunt, palatum molle detrahunt, præſertim latera ejus, maxime juxta uvulam: ſimul curvant illud, redduntque concavum in inferiora & priora, & ex la-

teri-

(*g*) Albin. Tab. 12. Fig. 27. d. Euſtach. Tab. 42. Fig. 6. M. O. L. P.

(*h*) Albin. Tab. 12. Fig. 27. n. o. Euſtach. Tab. 42. Fig. 6. P.

(*i*) Albin. Tab. 12. Fig. 27. p. o. p. Fig. 30. i. Euſtach. Tab. 42. Fig. 6. P. — α. α. α.

(*k*) Albin. Tab. 12. Fig. 27. ad p. p. Euſtach. Tab. 41. Fig. 11. P. — α. Tab. 42. Fig. 6. P. — β.

(*l*) Albin. Tab. 12. Fig. 30. f. Fig. 28. n. o. Fig. 29. e. f.

(*m*) Id. Tab. 12. Fig. 30. g. Fig. 27. f.

(*n*) Id. Tab. 12. Fig. 30. h. Fig. 27. g.

(*o*) Id. Tab. 12. Fig. 29. c.

teribus contrahunt. Pharyngem ſurſum trahunt, redduntque breviorem & laxiorem.

Hi inprimis, cum deglutimus, ex faucibus depellunt cibum & potionem; clauduntque viam, quæ in naſum patet, adjuti a Conſtrictoribus ſuperioribus pharyngis & a lingua (*p*).

CONSTRICTOR ISTHMI FAUCIUM (*a*).

Surgit hic a ſuperiore parte marginis linguæ circa radicem ejus (*b*). Procedit a lingua ad palatum ante tonſillam, per arcum illum, qui in faucibus a latere linguæ pertinet ad palatum molle (*c*), & hic dexter cum ſiniſtro convenit (*d*), unaque ſubtilibus præterea portionibus in uvulam excurrunt (*e*). Decurrit itaque ante Palatopharyngeum, cujus pars per palatum molle incedit ſupra Conſtrictorem iſthmi, ſub Levatore palati mollis, pars ante Conſtrictorem illum nuda eſt ab eo, pars poſt eum nuda (*f*). Palatum ad linguam trahit, concavum facit a parte linguæ, hanc contra palatum agit, ſic contrahit iſthmum faucium. LE-

(*p*) Conf. Albin. Hiſtor. Muſcul. Lib. 3. pag. 238. 239. ubi deglutitio ſummatim deſcribitur.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 11. a. b. c. d. e.

(*b*) Id. Tab. 12. Fig. 11. a.

(*c*) Id. Tab. 2. Fig 11. b. c.

(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 11. d.

(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 11. e.

(*f*) Id. Tab. 12. Fig. 11. f. g.

LEVATOR PALATI MOLLIS (a).

Oritur principio tendinoſo ab extremo oſſe petroſo, qua id Tuba Euſtachiana perforatum eſt; & ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, ſtatim ſub principio partis tubæ ejusdem illius, quæ tota mollis (*b*). Tenuis, tendinoſus in principio, fit carneus, craſſior, poſt rurſus tenuior, pergit lateſcere, & ad palatum molle deſcendit in priora introrſum, lateſcens magis magisque (*c*); pertinetque ad mediam palati longitudinem, fere a poſtico margine palati oſſei, usque ad radicem uvulæ, ubi ſe dexter ſiniſterque continuant inter ſe (*d*), ſic ut angulos in ipſo coitu efficiant, in poſteriora patulos. In eodem palato ſe commiſcent cum Palatopharyngeis. Portio ſe fine tendineo tenui innectit membranæ tendinoſæ, quæ incedit per ſuperiora palati mollis, veniens e naribus, cum eaque ad medium poſticum marginem palati oſſei pertinere videtur (*e*). Palatum molle retrorſum attollunt, viamque, quæ cæteroquin ex ore & ex fau-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 9. a. b. c. d. e. f. Euſtach. Tab. 42. Fig. 6. F. dextr. F. F. ſin. lat.

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 9. a.

(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 9. b. c.

(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 9. d. Tab. 10. Fig. 14. k. Euſtach. Tab. 42. Fig. 6. F. F. F. — α. α.

(*e*) Albin. Tab. 12. Fig. 9. f. Tab. 10. Fig. 14. i.

faucibus, in nafum eft, claudunt Levatores eo tempore, quo, ore nafoque patulis, folo tamen ore fpiritum ducimus. Duobus modis via e faucibus in nafum clauditur; primo, cum patulo licet nafo fpiritum ducimus folo ore, altero cum deglutimus (*f*).

CIRCUMFLEXUS PALATI (*a*).

Duo capita habet. Alterum principio tendineo oritur ab extremo offe petrofo, qua id tuba Euftachiana perforatum eft, & ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, ftatim a latere externo partis tubæ ejusdem illius, quæ tota mollis, itemque principii Levatoris palati mollis (*b*). Inde a fuperiore parte tendineum illud principium per marginem mufculi excurrit (*c*); & hic principii excurfus tendineus ab exteriore latere mufculi latior quandoque eft, adhæretque ligamento cuidam tenui, angufto, quod a primo mufculi ortu, fecundum radicem internam eminentiæ acutæ offis multiformis, quæ eft pone foramen tertii rami quinti nervorum paris; porroque fecundum interiorem partem eminentiæ

(*f*) Conferatur Cl. Albini Hiftoria mufculorum Lib. 3. pag. 243.

(*g*) Albin. Tab. Mufcul. 12. Fig. 9. g. h. i. k. l. Fig. 10. a.—l. Euftach. Tab. 41. Fig. 13. Θ. Tab. 42. Fig. 6. D. E.

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 10. a. Fig. 9. h.

(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 10. a. c.

nentiæ illius oblongæ, quæ ex eodem oſſe inter foramen modo dictum & os petroſum eminet, porrectum eſt. Principium anterius oritur ab interiore eminente pariete ſinus oblongi, impresſi radici parietis interni proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis ab exteriore parte (*d*). — Alterum caput tendineum adhæret ſuperiori parti lateris externi cartilagineæ naturæ, quæ adſcribitur tubæ Euſtachianæ (*e*). Lamellarum inſtar hæc capita inter ſe conjunguntur, confluuntque in muſculum, tenuem, latum (*f*), ſeſe demittentem in priora ſecundum exteriorem partem parietis interni proceſſus pterygoïdei, & abeuntem, ubi ad finem ejus pervenit, in tendinem latum (*g*), qui circum hamulum proceſſus pterygoïdei osſis multiformis ſe flectit (*h*), latus ibi, ſed in anguſtum corrugatus; & poſteaquam ſe flexit, explicat ſe per palati mollis initium, ſpecie aponeuroſis (*i*), inſeritque poſtico lunato margini palati osſei, usque ad ſuturam palati (*k*), & ad poſtremum ſe conjungit cum pari

(*d*) Albin. Tab. 12. Fig. 10. d. e. Fig. 15. p. q.
(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 10. f.
(*f*) Id. Tab. 12. Fig. 10. h.
(*g*) Id. Tab. 12. Fig. 10. i. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. ε. — β. Tab. 42. Fig. 6. E.
(*h*) Albin. Tab. 12. Fig. 10. k. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. ε. -- β.
(*i*) Id. Tab. 12. Fig. 10. l.
(*k*) Id. Tab. 12. Fig. 10. m. Fig 9. i. k.

pari sui (*l*). Pertinacissime adnectitur membranæ tendinosæ, quæ ex naribus venit, decurritque per superiora palati mollis.

Tendit, concutit, deorsum, in latus simul & in priora nonnihil trahit palati mollis partem osseo vicinam. Tubam Eustachianam tantillum dimovet; latus ejus externum deprimit versus internum, ac sic tubam angustat.

AZYGUS UVULÆ (*a*).

Principium hujus initio tenui tendineo implicatum est membranæ tendinosæ, quæ, ex naribus veniens, incedit per superiora palati mollis, sub ejus tegumento (*b*); & extremis tendineis Levatorum palati illius, juxta suturam palati ossei, ut ab eo procedere videatur. Hinc decurrit per medium palatum molle (*c*), perque uvulæ longitudinem (*d*).

Uvulam in priora attollit, & facit breviorem.

CRICOTHYREOIDEUS (*a*).

Hic e duabus partibus constat, priore & posteriore. Pars prior

(*l*) Albin. Tab. 12. Fig. 9. I.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 8. a. b. c.
(*b*) Id. Tab. 12. Fig. 8. a. d. d.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 8. b.
(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 8. c.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 11. Fig. 46. a. b. c. d. d. Fig. 47. a. b. c. d. d. Fig. 48. a. a. b. c. c. c. Eustach. Tab. 41. Fig 11. S. sin.

prior oritur a ſuperiore margine cartilaginis cricoïdeæ, in latere partis prioris (*b*), inſeritur exteriori parti marginis inferioris thyreoïdeæ, juxta partem ejus mediam priorem (*c*). Pars poſterior oritur in exteriore parte cricoïdeæ, a media longitudine lateris ejus, fere per totam illius latitudinem (*d*); in fine ſe exteriore parte ſui adjungit ad Conſtrictorem inferiorem pharyngis (*e*); & ſub hac parte ſe inſerit thyreoïdeæ (*f*), implens totum lunatum marginem, qui fit tum a proceſſu inferiore thyreoïdeæ, tum ab ipſo cartilaginis illius margine imo, a proceſſu modo dicto usque ad tuberculum, quod e media fere marginis longitudine eminet, ex parte etiam pertinens ad interiorem ejusdem marginis partem.

Poſterior thyreoïdeam magis, quam prior, trahit in priora; cricoïdeam in poſteriora; prior rectius & deprimit thyreoïdeam, & attollit cricoïdeam.

CIRCOARYTÆNOIDEUS POSTICUS (*a*).

Oritur a cartilagine cricoïdea, cujus occupat ſinuatam ſuperfi-

(*b*) Albin. Tab. 11. Fig. 46. a. Fig. 47. a. Euſtach. Tab. 41. Fig. 11. S. — α. α.

(*c*) Id. Tab. 11. Fig. 46. b. Fig. 47. b.

(*d*) Id. Tab. 11. Fig. 46. c. Fig. 47. c. Fig. 48. a. a.

(*e*) Id. Tab. 11. Fig. 46. d. d. Fig. 47. d d. Fig. 48. b.

(*f*) Id. Tab. 11. Fig. 48. c. c. c. Euſtach. Tab. 41. Fig. 11. S. — β. β.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 2. d. d. d. e. Fig. 4. f. f. g. Euſtach. Tab. 42. Fig. 2. K. Fig. 1. N.

perficiem, quam in poſtica parte a latere eminentiæ mediæ habet (*b*). Parvus, paulatim anguſtior, primum crasſior, poſt extenuatus, adſcendit oblique extrorſum, & inſeritur extremo tuberculo, quod baſis arytænoïdeæ a poſtica parte in latere externo exigit (*c*).

Illam laryngis (*d*) cartilaginem, quam arytænoïdeam dicunt, extrorſum & ſimul modice retrorſum erigit primum, dein inclinat. Cum ambo eodem tempore agunt, arytænoïdeas a ſe invicem deducunt, imprimis a priore, & ſuperiore, parte, patefaciunt ergo glottidem, diducunt rimulam.

Eodem tempore easdem cartilagines convertunt, ſic ut illam partem, qua ſe mutuo reſpiciunt, dirigant ad priora; eoque glottidis rimam internam quam maxime diducunt, cujus pars poſterior ex eo rotunda fit.

ARYTÆNOIDEUS OBLIQUUS (a).

Procedit a ſuperiore parte partis poſterioris ejusdemque exte-

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 2. d. d. d. Fig. 4. f. f. Euſtach. Tab. 42. Fig. 2. K. — α. α.

(*c*) Albin. Tab. 12. Fig. 2. e. Fig. 4. g. Euſtach. Tab. 42. Fig. 1. N. — β.

(*d*) Conferatur de Larynge Cl. Albin. Hiſt. Muſcul. Lib. 3. pag. 252. & Tab. Muſcul. 10. Fig. 7. 14.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 2. a. b. c. Fig. 3. a. b. c. d. Euſtach. Tab. 42. Fig. 2. G. & H. H. Fig. 1. H. I. I.

terioris basis cartilaginis arytænoïdeæ (*b*); abit in extrema duo, alterum se Thyreoarytænoïdeo continuat (*c*), alterum secundum glottidis marginem, qui inter arytænoïdeam & epiglottidem intercedit, porrigit se ad epiglottidem, ad marginem ejus lateralem pertinens (*d*). Antequam in extrema illa abeat, flectit se in priora tum circum posteriorem partem verticis arytænoïdeæ, tum circum cartilagineum verticis illius additamentum.

Arytænoïdeas adducit ad se mutuo, forte Epiglottidem inclinat in posteriora. Contrahit & glottidem & rimulam ejus & rimam internam, quam & a posteriore parte in angulum comprimit.

ARYTÆNOIDEUS TRANSVERSUS (*a*).

Ab altera arytænoïdea deducitur ad alteram; affixusque est cartilagini arytænoïdeæ sinistræ, margini inferiori partis ejus posterioris, qui supra basem est (*b*), & eidem margini dextræ cartilaginis (*c*).

Ary-

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 2. a. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. I. — α.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 2. b. Fig. 3. b. e.
(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 2. c. Fig. 3. c. d.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 1. a. a. b. b. Eustach. Tab. 42. Fig. 2. F F. F. F.
(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 1. a. a.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 1. b. b.

Arytænoïdeam alteram ad alteram adducit, eoque comprimit rimulam glottidis, internamque rimam arctat, & a posteriore parte comprimit.

CRICOARYTÆNOIDEUS LATERALIS (*a*).

Oritur à cricoïdeæ summi marginis exteriore parte, in latere, statim juxta insidentem ei arytænoïdeam (*b*); extremum insertum est basi arytænoïdeæ, a latere; mox ante finem Cricoarytænoïdei postici (*c*). Adscendit ergo oblique, retrorsum se inclinans.

Utroque agente glottidis rimæ internæ pars anterior, quæ est ante cartilagines arytænoïdeas, minuitur, & ad postremum plane comprimitur, contingentibus se lateribus ejus: pars autem posterior, quæ ab iisdem cartilaginibus fit, angusta rima patet, eaque connivente a parte priore, rotundiore a posteriore, multoque breviore, quam ipsa cæterum rima interna. Et glottidis quoque rimula, cum ea angusta est, diducitur modice.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 5. a. a. b. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. L.

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 5. a. a. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. L.-- α. α.

(*c*) Albin. Tab. 12. Fig. 5. b. Fig. 4. g. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. L. — β.

THYREOARYTÆNOIDEUS (*a*).

Incipit ab inferiore parte partis internæ thyreoïdeæ, juxta ejus medium (*b*); altero principio oritur a ligamento, quo colligatæ a priore parte sunt cricoïdea, & thyreoïdea (*c*). Pars exterior magis adscendit (*d*), hanc subit altera magis transversa, quæ decussat eam: & pars ejus major exteriori illi subjacet (*e*). Extremum insertum est exteriori parti marginis prioris cartilaginis arytænoïdeæ, supra basem ejus, atque adeo supra finem Cricoarytænoïdei lateralis (*f*).

Una cum pari sui comprimit priorem partem rimæ glottidis internæ, verum magis, fortiusque, quam Cricoarytænoïdei laterales; atque ita ut a posteriore parte multo brevior rima maneat, eaque etiam angustior.

THYREOARYTÆNOIDEUS ALTER, MINOR (*a*).

Oritur ab interiore eademque superiore parte thyreoïdeæ, non

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 3. e. Fig. 4. a. a. b. c. d. e. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. K.
(*b*) Albin. Tab. 12. Fig. 4. a. a. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. K. -- α. α.
(*c*) Albin. Tab. 12. Fig. 4. b.
(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 4. c.
(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 4. d.
(*f*) Id. Tab. 12. Fig. 4. e. Fig. 5. b. Eustach. Tab. 42. Fig. 1. K. — β.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 6. a. c. Fig. 7. h. i.

non longe a fiſſura cordiformi (*b*). Extremum inſeritur arytænoïdeæ, mox ſupra Cricoarytænoïdeum lateralem (*c*).

THYREOEPIGLOTTICUS MAJOR (*a*).

Origo ejus eſt a cartilagine thyreoïdea juxta exteriorem partem partis ſuperioris originis Thyreoarytænoïdei; unde primum per exteriorem partem Thyreoarytænoïdei illius, & per ſuperiorem quidem partis illius, adſcendit, dein ſecundum latus glottidis (*b*); pertinetque ad marginem lateralem epiglottidis, adjungens ſe extremo Arytænoïdei obliqui, ad eundem marginem pertinenti (*c*). Faſciculus ejus per Thyreoarytænoïdeum alterum tranſit, cum cæterum procedat pone eum (*d*). Portio acceſſoria oritur ab exteriore parte marginis ſuperioris cartilaginis cricoïdeæ a latere (*e*).

THYREOEPIGLOTTICUS MINOR (*a*).

Ab interiore parte cartilaginis Thyreoïdeæ juxta ejus medium,

(*b*) Albin. Tab. 12. Fig 6. a.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 6. c. Fig. 5. b.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 3. f. g. h. Fig. 7. a. a. b. c.
(*b*) Id. Tab. 12. Fig. 3. g. Fig. 7. b.
(*c*) Id. Tab. 12. Fig. 3. h. Fig. 7. f.
(*d*) Id. Tab. 12. Fig. 7. c. h.
(*e*) Id. Tab. 12. Fig. 7. d. d. e.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 3. i. k. l.

dium, incipit (b), pertinetque ad marginem lateralem epiglottidis, ſupra radicem ejus (c), eamque deprimit.

REGIO IX. SUB MALA.

Pterygoïdei duo, externus (a), & internus (b), hanc regionem occupant.

PTERYGOIDEUS INTERNUS (a).

Oritur e fundo cavi proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, principio tendinoſo; porro ab interiore parte parietis externi proceſſus ejusdem paulo minus, quam tota (b), ab inferiore parte oſſis palati, qua dehiscenti proceſſui pterygoïdeo interſertum (c), unde a principio tendinoſus: & juxta hanc originem oritur etiam ab oſſe maxillari ſuperiori (d). Tendit ad inferiorem partem amplitudinis internæ illius

(b) Albin. Tab. 12. Fig. 3. k.
(c) Id. Tab. 12. Fig. 3. l.
(a) Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. r. Tab. 29. F.
(b) Id. Tab. 41. Fig. 13. Δ. utr. lat.
(a) Albin. Tab. Muſcul. 12. Fig. 15. a. b. c. d. e. Fig. 17. a. a. b. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. r.
(b) Albin. Tab. 12. Fig. 15. b. Fig. 17. a. a. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. r. — α.
(c) Albin. Tab. 12. Fig. 15. c.
(d) Id. Tab. 12. Fig. 15. d.

illius partis maxillæ inferioris, quam ea ad caput erigit, huicque ad imum angulum usque insertum est (e).

Maxillam inferiorem adducit ad superiorem, simul autem nonnihil oblique in latus sibi oppositum trahit.

PTERYGOIDEUS EXTERNUS (a).

Incipit a parietis externi processus pterygoïdei amplitudine exteriore prope tota (b); ab inferiore parte marginis parietis modo dicti, qui margo spectat cavum pterygoïdis (c); ab exteriore parte portionis pterygoïdeæ ossis palati, & a finitima parte ossis maxillaris superioris (d); ab inferiore parte ossis multiformis, juxta externum latus radicis processus pterygoïdei (e). Inde increscit primum modice, dein decrescit, in finem principio multo angustiorem abit, & tendinosum, quale etiam principium est, adfigitque se collo maxillæ inferioris, ubi id ab interiore parte

(e) Albin. Tab. 12. Fig. 15. e. f. f. Fig. 17. b. c. c. Eustach. Tab. 41. Fig. 13. Γ. — β.

(a) Albin. Tab. Muscul. 12. Fig. 15. g. — o. Fig. 16. a — h. Eustach. Tab. 41. Fig. 13. Δ. fin.

(b) Albin. Tab. 12. Fig. 15. h.

(c) Id. Tab. 12. Fig. 15. i. k. Fig. 16. b. c.

(d) Id. Tab. 12. Fig. 15. l. Eustach. Tab. 41. Fig. 13. Δ. — α.

(e) Albin. Tab. 12. Fig. 15. m. Fig. 16. g. g.

te partis prioris ſtatim ſub capitulo ſuo ſinuatum eſt (*f*); & priori & eidem internæ parti marginis lamellæ cartilagineæ (*g*), quæ articulo maxillæ interjecta.

Maxillam in priora trahit, & ſimul oblique in latus alterum cogit, caput ejus e ſinu osſis temporis protrahens, ſubjiciensque tuberculo ejusdem osſis.

REGIO X. PECTUS.

In Pectore ſiti ſunt Pectoralis (*a*), Serratus anticus (*b*), Subclavius (*c*).

PECTORALIS (*a*).

Valens, craſſusque, hic muſculus oritur a priore parte fere tota claviculæ partis illius, quæ ad thoracis ſpeciem incurva eſt (*b*); a priore margine osſis pectoris, a radice ſuſtentaculi claviculæ, usque ad eum locum, ubi cartilago coſtæ

(*f*) Albin. Tab. 12. Fig. 15. n. n. Fig. 16. e. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. Δ.—β.

(*g*) Albin. Tab. 12. Fig. 15. σ. Fig. 16. h.

(*a*) Euſtach. Tab. 32. K. Tab. 28. F. utr. lat. Tab. 35. y.

(*b*) Id. Tab. 32. I. Tab. 35. x.

(*c*) Id. Tab. 32. G. Tab. 35. u.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 18. Fig. 4. a.—k. Fig. 5. a.—f. Euſtach. Tab. 35. y.

(*b*) Albin. Tab. 18. Fig. 4. a. a. Euſtach. Tab. 35. y.—α.

costæ sextæ inserta (c); ab exteriore parte extremæ cartilaginis costæ sextæ (d); a superiore parte partis exterioris cartilaginis costæ septimæ fere extremæ, principio aliquamdiu tendineo, tenui (e). Cohæret cum aponeurosi obliqui externi abdominis (f), a qua portio parva ad eum etiam accedere solet (g). Pars, quæ oritur a priore parte totius cartilaginis & sæpe ipsius extremæ osseæ partis costæ quintæ, subjacet musculo; quemadmodum & subjacent portiones, quas accipit in priore parte, & ea ossi pectoris vicina, cartilaginum, quibus costæ superiores quatuor ad os pectoris pertinent. Ab his partibus petit superiorem ossis humeri (h), fasciculisque omni ex parte originis radiorum instar coëuntibus se insigniter coangustat. Pars superior (i) definit in tendinem (k), insertum eminentiæ ossis humeri oblongæ (l) in parte ejus interiore, aliquantum infra tuber inæquale magnum capitis superioris, per longitudinem jacenti, ac sinum, per quem Bicipitis caput alterum

(c) Albin. Tab. 18. Fig. 4. b. b. b. Eustach. Tab. 35. y. — β. γ.
(d) Albin. Tab. 18. Fig. 4. c.
(e) Id. Tab. 18. Fig. 4. d.
(f) Id. Tab. 18. Fig. 4. f. f. Eustach. Tab. 35. y. — γ. δ.
(g) Albin. Tab. 18. Fig. 4. g.
(h) Eustach. Tab. 35. y. — ε.
(i) Albin. Tab. 18. Fig. 4. k. Fig. 5. a. b.
(k) Id. Tab. 18. Fig. 4. l. l.
(l) Id. Tab. 18. Fig. 4. m.

rum se demittit, a priore parte terminanti. Pars inferior, a priore parte veniens, se circum superiorem flectit (*m*), desinitque in extremum tendineum posterius, quod a superiore parte decussat extremum prius, ipsi applicatum, &, in fine cum eo connexum (*n*), inseritur ossi humeri (*o*).

Cum brachium secundum latus corporis naturaliter pendet, attrahit id ad latus illud, modiceque simul in priora: cum ab eo recta in latus sublatum, deprimit ad idem, pariterque simul in priora: idem in priora sublatum, trahit ante pectus; retrorsum actum in priora. Pars ejus, quæ descendit, cum sola agit, os humeri præterea attollit: transversa agit recte in priora: quæ adscendit, non solum os humeri, sed totum quoque humerum, ideſt, scapulam & claviculam trahit deorsum.

SERRATUS ANTICUS (*a*).

Hujus caput primum (*b*) oritur, ut subsequentia, parte tendinea tenui, ab exteriore parte marginis superioris extremæ

(*m*) Albin. Tab. 18. Fig. 5. c.
(*n*) Id. Tab. 18. Fig. 5. d. d.
(*o*) Id. Tab. 18. Fig. 5. e. e. f.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 17. Fig. 22. a.—n. Eustach. Tab. 35. x. Tab. 32. I.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 22. a. b.

tremæ partis osseæ costæ tertiæ (*c*), & a proxima cartilaginis ejus (*d*). Caput secundum (*e*) procedit ab exteriore parte costæ quartæ, ductu obliquo, a superiore ejus parte, juxta cartilagineam ipsius portionem (*f*), & a proxima cartilaginea parte ipsa (*g*). Caput tertium (*h*) oritur ab exteriore parte marginis superioris costæ quintæ non longe a cartilaginea ejus portione (*i*). In triangularem quasi formam se angustat, sursum ac modice in latus procedit, extremumque tendineum format (*k*), quod in margine, qui axillam spectat, citius apparere incipit, & inseritur superiori & eidem internæ parti processus coracoïdei scapulæ, haud longe a mucrone ejus extremo (*l*).

Processum dictum, atque adeo scapulam ipsam in priora deorsum ad pectus trahit. Si hæc retinetur, magis si attollitur, costas, a quibus oritur, attollit, trahitque in latus.

SUB-

(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 22. c. c. Eustach. Tab. 35. x. — β.
(*d*) Albin. Tab. 17. Fig. 22. d.
(*e*) Id. Tab. 17. Fig. 22. e. f. Eustach. Tab. 35. x. — γ.
(*f*) Albin. Tab. 17. Fig. 22. g. g.
(*g*) Id. Tab. 17. Fig. 22. h.
(*h*) Id. Tab. 17. Fib. 22. i. k. Eustach. Tab. 35. x. — δ.
(*i*) Albin. Tab. 17. Fig. 22. l.
(*k*) Id. Tab. 17. Fig. 22. l. m.
(*l*) Id. Tab. 17. Fig. 22. n. Eustach. Tab. 35. x — ε.

SUBCLAVIUS (a).

Tendo, quo incipit, per inferiorem carnis partem excurrens, oritur ab exteriore parte cartilaginei extremi costæ primæ (*b*), aut tuberculo, quod in priore parte costæ primæ est, paulo antequam in cartilaginem transit (*c*). In latus procedens tendo, paulatim latior fit, & carneus. Venter, crassus, oblongus, latescens, in fine se extenuat, sub clavicula, secundum ductum ejus pergit, & inseritur inferiori parti claviculæ, à loco modice a capite ejus primo distante, ad eum usque, ubi incumbit processui coracoïdeo (*d*).

Claviculam attrahit ad os pectoris, impeditque, ne ab eodem in latus recedat, eandem cum processu coracoïdeo, id est, totum humerum, ducit deorsum in priora.

REGIO XI. LATUS THORACIS.

In hac solus occurrit Serratus magnus (*a*).

SER-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 17. Fig. 20. a. b. c. c. Eustach. Tab. 35. u.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 20. a. b. Eustach. Tab. 35. u. — β.
(*c*) Eustach. Tab. 35. u. — α.
(*d*) Albin. Tab. 17. Fig. 20. c. c. Eustach. Tab. 35. u. — γ. γ.
(*a*) Eustach. Tab. 30. D. Tab. 32. M. utr. lat. Tab. 36. f. Tab. 33. m.

SERRATUS MAGNUS (a).

Habet Serratus magnus novem plerumque capita, ex coſtis octo ſuperioribus enaſcentia. Accedit aliquando decimum a nona coſta. Primum caput oritur ab exteriore & eadem inferiore parte coſtæ primæ (b), & a principio etiam inhæret intercoſtali externo primo (c). Caput ſecundum oritur a tota altitudine coſtæ ſecundæ (d), & a principio etiam inhæret intercoſtali externo primo (e). Primum & ſecundum hocce caput conjunguntur in unum, ex quo naſcitur pars crasſior (f), extremo tendinoſo inſerta præcipue interiori parti oræ ſcapulæ brevisſimæ, mediæ inter baſem oramque ſuperiorem (g). Caput tertium oritur ab exteriore parte marginis inferioris coſtæ ſecundæ (h); lateſcit ad effigiem trianguli, pertingitque ad majorem partem baſis ſcapulæ, ad interiorem partem ejus (i).

Oritur

(a) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 41. a.—z. A.—L. Euſtach. Tab. 33. m. Tab. 36. f.
(b) Albin. Tab. 17. Fig. 21. a. b. Euſtach. Tab. 33. m.—α.
(c) Albin. Tab. 17. Fig. 21. c. Euſtach. Tab. 33. m.—β.
(d) Albin. Tab. 17. Fig. 21. d. e.
(e) Id. Tab. 17. Fig. 21. f.
(f) Id. Tab. 17. Fig. 21. g. Euſtach. Tab. 33. m.—α. β.
(g) Id. Tab. 17. Fig. 21. h.
(h) Id. Tab. 17. Fig. 21. i. k. k. k. Euſtach. Tab. 33. m.—γ.
(i) Albin. Tab. 17. Fig. 21. l. l. l.

Oritur caput quartum ab exteriore parte coſtæ tertiæ (*k*), & a principio etiam inhæret intercoſtali externo tertio (*l*), extremo ſuo eoque tendinoſo pertinet ad baſem ſcapulæ infra caput tertium (*m*). Caput quintum oritur ab exteriore parte coſtæ quartæ (*n*), tendinoſoque extremo inſeritur ſcapulæ angulo inferiori, mox infra caput quartum (*o*). Caput ſextum inhæret a principio intercoſtali externo quarto (*p*), & oritur ab exteriore parte coſtæ quintæ (*q*), inſertum angulo inferiori ſcapulæ, mox infra quintum caput, extremo tendinoſo (*r*). Septimum caput inhæret ab initio Intercoſtali externo quinto (*s*), oriturque ab exteriore parte coſtæ ſextæ (*t*): pertinet ad imum anguli inferioris ſcapulæ, mox infra caput ſextum, extremo tendinoſo (*u*). Caput octavum ab initio inhæret Intercoſtali externo ſexto (*v*), & oritur ab exteriore parte coſtæ ſepti-

mæ

(*k*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. m. n. n. Euſtach. Tab. 33. m.—δ.
(*l*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. o. o.
(*m*) Id. Tab. 17. Fig. 21. p.
(*n*) Id. Tab. 17. Fig. 21. q. r. r. Euſtach. Tab. 33. m.—ε.
(*o*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. s.
(*p*) Id. Tab. 17. Fig. 21. t. u. u.
(*q*) Id. Tab. 17. Fig. 21. v. Euſtach. Tab. 33. m.—ζ.
(*r*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. w.
(*s*) Id. Tab. 17. Fig. 21. x. y. y.
(*t*) Id. Tab. 17. Fig. 21. z. Euſtach. Tab. 33. m.—η.
(*u*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. A.
(*v*) Id. Tab. 17. Fig. 21. B. C. C.

mæ (*w*). Caput nonum, ab initio inhæret Intercoſtali externo ſeptimo (*x*), & oritur ab exteriore parte coſtæ octavæ (*y*). Decimum caput ab initio inhæret Intercoſtali externo octavo (*z*), ortum ab exteriore parte coſtæ nonæ (*a*). Cauda communis capitis octavi, noni & decimi, ad ſcapulæ angulum inferiorem pertinet extremo tendinoſo (*b*); cum quo extremo quandoque etiam conjungitur caput ſeptimum. Peramplus ergo hicce muſculus, ad latus thoracis ſceleti applicatus, retrorſum it ad ſcapulæ baſem, ſenſim ſe ex latisſimo contrahens (*c*).

Scapulam in priorem corporis partem trahit; ea retenta, coſtas, a quibus oritur, retrorſum, extrorſumque.

REGIO XII. ABDOMEN.

In abdomine ſiti ſunt Obliquus externus (*a*), Obliquus

(*w*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. D. Euſtach. Tab. 33. m. — θ.
(*x*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. E. F. F.
(*y*) Id. Tab. 17. Fig. 21. G. Euſtach. Tab. 33. m. — ι.
(*z*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. H. I. I.
(*a*) Id. Tab. 17. Fig. 21. K. Euſtach. Tab. 36. f. — ν. θ.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 21. L.
(*c*) Euſtach. Tab. 33. m.
(*a*) Id. Tab. 32. T. Tab. 28. I. K. utr. lat. Tab. 29. W. utr. lat. Tab. 35. A.

quus internus (*b*), Transversus (*c*), Rectus (*d*), Pyramidalis (*e*).

OBLIQUUS EXTERNUS ABDOMINIS (*a*).

Obliquo externo octo solent esse capita, a totidem costis inferioribus parte tendinea oriunda. Caput primum incipit a costa quinta (*b*); secundum a costa sexta (*c*); tertium a septima (*d*); quartum ab octava (*e*); quintum a nona (*f*); sextum a decima (*g*); septimum a costa undecima (*h*), & hæc pars connexa est cum Transversi abdominis principio, ibi ex ejus tendinea parte exeuns (*i*); octavum a cartilagine costæ duodecimæ (*k*). Oriuntur capita margine oblique posito, ab inferiore ora costæ, per costæ exteriorem partem, in priora, marginem ejus superiorem

(*b*) Eustach. Tab. 32. R. Tab. 29. V. utr. lat. Tab. 35. c. Tab. 36. i. g.
(*c*) Id. Tab. 33. q. utr. lat. Tab. 37. o. utr. lat. Tab. 38. o.
(*d*) Id. Tab. 33. n.
(*e*) Id. Tab. 33. u.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 13. Fig. 1. a. -- z. A. -- R. Fig. 2. a. -- z. A — I. Eustach. Tab. 35. A. Tab. 28. I. K. Tab. 29. W.
(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 1. b. c. d. d. Fig. 2. b. c. d. d.
(*c*) Id. Tab. 13. Fig. 1. e. f. g. g. Fig. 2. e. f. g. g.
(*d*) Id. Tab. 13. Fig. 1. h. i. k. k. Fig. 2. h. i. k. k.
(*e*) Id. Tab. 13. Fig. 1. l. m. n. n. Fig. 2. l. m. n. n.
(*f*) Id. Tab. 13. Fig. 1. o. p. q. q. Fig. 2. o. p.
(*g*) Id. Tab. 13. Fig. 1. r. s. t. t.
(*h*) Id. Tab. 13. Fig. 1. u. v. w. w.
(*i*) Id. Tab. 13. Fig. 1. x.
(*k*) Id. Tab. 13. Fig. 1. y. z. A.

rem verſus, ducto (*k.k*). Omnia aliquamdiu manent diſtincta, contingunt ſe tamen, procedunt oblique deorſum in priora, quo & reliqua muſculi caro, cum capita illa coaluerunt, pergit (*l*). Muſculus ſic procedens, ubi ad anteriorem partem corporis pervenit, ſe explicat in amplam aponeurofem (*m*). Per hanc eminent partes variæ; caro obliqui interni (*n*), & cum hac Transverſi (*o*), Recti (*p*), hujus lineæ tendineæ (*q*), Pyramidalis (*r*). Definit aponeuroſis, quæ a ſuperiore cum ima Pectoralis parte connexa eſt, pars ſumma ad priorem partem cartilaginis coſtæ ſextæ (*s*), ad eandem partem extremæ cartilaginis coſtæ ſeptimæ (*t*), ad cartilaginem mucronatam (*u*). Porro aponeuroſes utriusque Obliqui externi ſe decuſſant, continuantque, cum ſubjectis conjungunt, formantque lineam al-

(*k.k*) Euſtach. Tab. 35 A. — γ. δ. ε. ζ.

(*l*) Albin. Tab. 13. Fig. 1. a. a. Fig. 2. a. a.

(*m*) Id. Tab. 13. Fig. 1. B. B. B. B. B. C. C. D. E. E. E. E. F. F. F. G. H. H. I. K. L. M. Fig. 2. q. q. q. q. q. r. r. s. t. t. t. t. u. u. u. v. v. w. w. x. x. y. y. z. A. B. B. B. C. D. E. F. F. F. G. H. I. K. Euſtach. Tab. 35. A. — β.

(*n*) Albin. Tab. 13. Fig. 1. C. C. Fig. 2. r. r.

(*o*) Id. Tab. 13. Fig. 1. D. Fig. 2. s.

(*p*) Id. Tab. 13. Fig. 1. E. E. E. E. Fig. 2. t. t. t. t.

(*q*) Id. Tab. 13. Fig. 1. F. F. F. Fig. 2. u. u. u. u.

(*r*) Id. Tab. 13. Fig. 1. G. Fig. 2. v.

(*s*) Id. Tab. 13. Fig. 2. C. Fig. 1. R.

(*t*) Id. Tab. 13. Fig. 2. D.

(*u*) Id. Tab. 13. Fig. 2. E. Euſtach. Tab. 35. A. — λ. κ.

albam (*v*), quæ ſe per totam abdominis longitudinem extendit ad pubis ſynchondroſem usque, ſic ut dextri & ſiniſtri aponeuroſes ſe decuſſantes commisceant cum ligamentis, quæ pubis ſynchondroſem a priore parte continent (*w*), & pars ima procurrat, ſeſeque cum ligamentis inſerat osſi pubis oppoſito (*x*). In linea alba foramen eſt, per quod in embryone exibant vaſa umbilicalia (*y*). Juxta pubis ſynchondroſem in duas partes aponeuroſis ſe findit, inde ad pubem usque diſtinctas, tendinum ſpecie (*z*), ex quo fiſſura fit, per quam elabitur funiculus vaſorum ſpermaticorum cum Cremaſtere (in fœmina ligamentum uteri rotundum). Interior ſe commiſcet cum ligamentis ſynchondroſem continentibus. Exterior harum partium ſe inſerit tuberculo, quod e ſuperiore eademque priore parte osſis pubis eminet; proximæque ſpinæ, quæ ab illius tuberculi latere externo eſt; ex parte etiam ab interno ejusdem tuberculi latere cum ligamentis, quæ pubis ſynchondroſem a priore parte continent, commiſcet (*a*). Ab altero tendinum modo dictorum ad

(*v*) Albin. Tab. 13. Fig. 2. E. F. F. F. Euſtach. Tab. 38. K. K. Tab. 25. A. B. — *x. l.*

(*w*) Albin. Tab. 13. Fig. 2. H.

(*x*) Id. Tab. 13. Fig. 2. I. K.

(*y*) Id. Tab. 13. Fig. 2. G.

(*z*) Id. Tab. 13. Fig. 1. H. H. I. K. Fig. 2. x. x. y. y.

(*a*) Id. Tab. 13. Fig. 1. K.

ad alterum pertinet pars tenuior, qua primum à se invicem ad fissuram faciendam discedere incipiunt, eosque connectit inter se (*b*); sub qua parte funiculus vasorum Spermaticorum cum Cremasteris principio decurrit; & infra eam juxta ipsam pubem, funiculus elabitur per annulum Obliqui hujus, qui annulus parvus est (*c*), & relinquitur inter partem hanc tenuiorem (*d*), tendines (*e*), & os pubis. Pertinet denique musculus hic posteriore parte ad superiorem & exteriorem partem prioris longitudinis cristæ ossis ilium primum carne (*f*), aliis in tendinosum finem extenuata, dein aponeurosi (*g*). Imus margo tendineus à cristæ ilium extremo priore pertinet ad pubem (*h*); hic, crassus, cum vagina tendinea, quæ femur ambit, cohæret, eique tenuem portionem dat. Perforata aliquot foraminibus aponeurosis est, quibus exeunt vasa, nervi.

Peritonæum coërcet, firmat, premit, comprimit, sic abdomen contrahit, & quæ id continet, premit, atque exprimit exprimenda: premendo viscera abdominis Diaphragma

(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 1. L. Fig. 2. z.
(*c*) Id. Tab. 13. Fig. 2. A.
(*d*) Id. Tab. 13. Fig. 2. z.
(*e*) Id Tab. 13. Fig. 2. x, y.
(*f*) Id. Tab. 13. Fig. 1. P. Q. Eustach. Tab. 35. A. — *κ*.
(*g*) Albin. Tab. 13. Fig. 1. O. P.
(*h*) Id. Tab. 13. Fig 1. N. N. Eustach. Tab. 35. A. — *θ*.

ma agit ſurſum, ad anguſtandum thoracem, premendos pulmones, aëremque ex iis exprimendum.

OBLIQUUS INTERNUS ABDOMINIS (*a*).

Cum Serrato poſtico inferiore procedit, gemina aponeuroſi, poſt in unam confluente (*b*), a ſpinis vertebrarum lumborum inferiorum trium, & ſequentibus oſſis ſacri, itemque a proceſſibus transverſis vertebrarum lumborum inferiorum; a ſuperiore parte illius criſtæ ilium partis, quæ ultra proceſſus transverſos lumborum eminet in poſteriora, poſt a ſuperiore parte reliquæ criſtæ illius (*c*), & ubi criſta priore parte deſinit, cohæret cum margine tendineo Obliqui externi abdominis, ſic ut ab eo oriri videatur (*d*). Caro, ſic nata, circum abdomen tendit in priora, decurſu fibrarum ferme radiato, ſic tamen ut plures adſcendant (*e*); inter coſtæ decimæ extremum, ac partem lateralem pubis, vertitur

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 13. Fig. 3. a.—k. Fig. 4. a.—u. Fig. 5. a.—v. Euſtach. Tab. 35. C. Tab. 36. i. g. Tab. 32. R.

(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 3. a. a. Fig. 5. a. Euſtach. Tab. 36. g.—γ.

(*c*) Albin. Tab. 13. Fig. 3. b. b. Fig. 4. b. Fig. 5. b. b. d. d. Euſtach. Tab. 36. i.—α. α.

(*d*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. c. c. Fig. 5. e. e.

(*e*) Id. Tab. 13. Fig. 4. a. Fig. 5. f. Euſtach. Tab. 36. i. Tab. 35. C.—α.

tur lunato termino in aponeurofem latam (*f*), quæ fe in duas lamellas dividit (*g*), non tota, fed maxima parte fui; etenim, quod aponeurofis eft infra locum, qui circa medius inter umbiculum pubisque fynchondrofem, fimplex manet, a pofteriore parte conjunctum cum aponeurofi Transverfi, cum eaque incedens ante Rectum (*h*). Ipfe mufculus ab ortu fuo pandit fe atque inferit exteriori parti marginis inferioris coftæ duodecimæ, partis offeæ extremæ & cartilagineæ (*i*), undecimæ (*k*), decimæ (*l*), & in intervallis coftarum cohæret cum Intercoftali interno undecimo (*m*), atque decimo (*n*). Lamellarum, in quas fe aponeurofis dividit, prior, affigitur inferiori parti coftæ nonæ (*o*), conjungit fe cum aponeurofi Obliqui externi (*oo*), pofteriorem partem ejus ad lineam albam usque veftiens, fecun-

(*f*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. e. e. e. Fig. 5. o. o. o. Euftach. Tab. 35. C. — β.

(*g*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. g. g. g. h. & k. k. Fig. 5. s. s. s. & t. t. t.

(*h*) Id. Tab. 13. Fig. 4. inter g. inferiorem & i. inferiorem. Euftach. Tab. 33. r.

(*i*) Albin. Tab. 13. Fig. 3. d. e. Fig. 5. g. h. Euftach. Tab. 36. i. — β. γ.

(*k*) Albin. Tab. 13. Fig. 3. f. g. Fig. 5. k. l. Euftach. Tab. 36. i. — δ.

(*l*) Albin. Tab. 13. Fig. 3. h. Fig. 5. n. n. Euftach. Tab. 35. C. — ε. ζ.

(*m*) Albin. Tab. 13. Fig. 5. i.

(*n*) Id. Tab. 13. Fig. 5. m.

(*o*) Id. Tab. 13. Fig. 4. g. g. g. h. Fig. 5. q. q.

(*oo*) Euftach. Tab. 35. C. — η. θ.

ſecundum marginem thoracis evaneſcens in Obliqui externi aponeuroſem, infra ſe cum eadem aponeuroſi inſerit pubis ſpinæ, tuberculo, ligamentis, & hac parte admodum tenuis eſt; Lamella poſterior (*p*), poſt Rectum incedens, ſe affigit imo thoracis margini (*q*), qui fit ex cartilaginibus coſtæ octavæ & ſeptimæ; margini oſſeæ partis cartilaginis mucronatæ, & cartilaginis ipſius (*r*); porro ad lineam albam pertinet (*s*). Pars carnis, ſub qua decurrit funiculus vaſorum ſpermaticorum, leviter eminet, & per eam ille conſpicuus eſt (*t*); hæcque pars deinde ſupra funiculum decurrit, & in principium Cremaſteris abit (*u*). Poſtea funiculus per carnem exit (*v*). In fœmina, quæ Cremaſterem non habet, infra imum marginem elabuntur uteri ligamenta rotunda.

Actio in genere eadem eſt, quæ Obliqui externi; magis autem in thoracis marginem agere videtur.

TRANSVERSUS ABDOMINIS (*a*).

Ex interiore parte coſtarum inferiorum ſeptem (*b*), extremis

(*p*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. k. k. Fig. 5. t. t. t.
(*q*) Id. Tab. 13. Fig. 4. l. m. n.
(*r*) Id. Tab. 13. Fig. 4. o. p. q. r.
(*s*) Id. Tab. 13. Fig. 4. s. s. s.
(*t*) Id. Tab. 13. Fig. 4. t. Fig. 5. u.
(*u*) Id. Tab. 13. Fig. 4. u. Fig. 5. v. Euſt. Tab. 32. R. γ. Tab. 35. C. θ.
(*v*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. y.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 14. Fig. 1. w. — ν. Fig. 2. a. — z. Fig. 3. a. — r. Euſtach. Tab. 33. q. Tab. 37. o. Tab. 38. o.
(*b*) Euſtach. Tab. 36. o. — ι. κ. Tab. 33. q. dextr.

tremis procesſibus transverſis imæ dorſi (*c*), & lumborum ſuperiorum quatuor, ſuperiore & interiore parte criſtæ oſſis ilium (*d*), eique proxima marginis imi tendinei Obliqui externi, originem trahit. Caput primum principio tendineo oritur ab interiore parte coſtæ ſextæ, ab extrema parte oſſea, & proxima cartilaginea (*e*). Hoc caput accenſeri poſſet Triangulari ſterni, quia cum ejus capite inferiore & citius & ductu magis conſimili conjunctum eſt, quam cum capite, quod mox infra ſequitur. Caput ſecundum incipit principio tendineo ab interiore parte cartilaginis coſtæ ſeptimæ (*f*). Sequitur tunc principium, in partes aliquot fiſſum, quo oritur ab interiore parte cartilaginis coſtæ octavæ (*g*). Ex intervallo coſtæ octavæ & nonæ, e ſuperficie interna Intercoſtalis interni, & partim ab ipſa coſta nona, aponeuroſi quadam venit (*h*), qualis etiam ex intervallo coſtæ nonæ & decimæ (*i*), decimæ & undecimæ (*), undecimæ & duodecimæ (†), adeſt. Procedit porro ab

(*c*) Euſtach. Tab. 37. o. — β. β. β. β. β.
(*d*) Id. Tab. 37. o. — γ. ζ. ζ. Tab. 33. q. β.
(*e*) Albin. Tab. 14. Fig. 1. w. x. y. z. Fig. 2. a. b. c. d.
(*f*) Id. Tab. 14. Fig. 1. α. β. γ. γ. Fig. 2. e. f. g.
(*g*) Id. Tab. 14. Fig. 1. δ. δ. δ. δ.
(*h*) Id. Tab. 14. Fig. 1. ι. Fig. 2. i.
(*i*) Id. Tab. 14. Fig. 1. κ. Fig. 2. m.
(*) Id. Tab. 14. Fig. 2. o.
(†) Id. Tab. 14. Fig. 2. q.

ab interiore parte cartilaginis costæ nonæ (*k*), decimæ (*l*), undecimæ (*m*), duodecimæ (*n*), a crista ilium (*o*), a margine tendineo Obliqui externi abdominis (*p*). Pergit oriri capite tendineo ab exteriore parte imi marginis costæ duodecimæ (*q*), & a posteriore extremi processus transversi vertebræ quintæ lumborum (*r*); alio a posteriore parte extremi processus transversi lumborum quartæ (*s*); huicque superinducta tendinea tenuitas est (*t*), quæ cum eo oritur a processu transverso (*u*), & præterea ab eo ipso capite procedit (*v*); seseque affigit exteriori parti imi marginis costæ duodecimæ (*w*); simili capite ab exteriore parte extremi processus transversi vertebræ lumborum tertiæ (*x*), & hoc simili obductum est tenuitate tendinea, cum

(*k*) Albin. Tab. 14. Fig. 1. ζ. Fig. 2. l.
(*l*) Id. Tab. 14. Fig. 1. θ. Fig. 2. n.
(*m*) Id. Tab. 14. Fig. 1. ι. Fig. 2. p.
(*n*) Id. Tab. 14. Fig. 2. r.
(*o*) Id. Tab. 14. Fig. 1. κ.
(*p*) Id. Tab. 14. Fig. 1. λ. λ. Fig. 2. u. u.
(*q*) Id. Tab. 14. Fig. 3. a. b. b.
(*r*) Id. Tab. 14. Fig. 3. c.
(*s*) Id. Tab. 14. Fig. 3. e. f.
(*t*) Id. Tab. 14. Fig. 3. g.
(*u*) Id. Tab. 14. Fig. 3. f.
(*v*) Id. Tab. 14. Fig. 3. h. h.
(*w*) Id. Tab. 14. Fig. 3. i. i.
(*x*) Id. Tab. 14. Fig. 3. k. l. m.

cum eo oriente, & præterea ab eo adſcedente (y); denique una cum ſimili tenuitate tendinea a poſteriore parte proceſſus transverſi extremi ſecundæ lumborum (z). Pars tendinea a procesſibus transverſis & a criſta ilium aliquamdiu in priora pergit, ſpecie membranæ, priusquam ſe in carnem vertat, ſua ſuperiore parte adhærens imo margini coſtæ duodecimæ ad ejus mucronem usque (a), in principio præterea connexa cum aponeuroſi communi Serrati poſtici inferioris, & obliqui interni (b), & cum ea annexa criſtæ ilium (bb).

Pars carnea a coſtis, a tendine dicto, a criſta ilium, margine obliqui externi procedens, ſe circum peritonæum flectit in priora (c), fibris plerisque transverſis, quarum inferiores partem efficiunt tenuiorem, quæ ſe cum inferiore parte carnis Obliqui externi commiſcet. Ad poſtremum in amplam deſinit aponeuroſem (d), hæc ad lineam albam usque

(y) Albin. Tab. 14. Fig. 3. l. m. o. o.
(z) Id. Tab. 14. Fig. 3. p. q.
(a) Id. Tab. 14. Fig. 3. v. w. x. y. Fig. 2. s. Euſtach. Tab. 37. o.—δ.
(b) Albin. Tab. 14. Fig. 3. s. s.
(bb) Euſtach. Tab. 37. o.—γ.
(c) Id. Tab. 14. Fig. 1. μ. Fig. 2. t. Fig. 3. γ. Euſtach. Tab. 37. o.—ε. Tab. 33. q.—α.
(d) Albin. Tab. 14. Fig. 1. ν. ν. Fig. 2. v. Euſtach. Tab. 33. q.—γ.

usque ſeſe extendit, & non longe ab initio ſuo cum aponeuroſi Obliqui interni plane coït (*e*), unaque cum ea inſeritur priori parti cartilaginis mucronatæ, non longe ab ipſius mucrone (*f*), & inferiori parti marginis cartilaginis ejusdem (*g*), porroque eidem margini, & margini partis oſſeæ (*h*), conjuncta ibi cum extremo tendineo Triangularis ſterni. Circa medium inter umbilicum & pubis ſynchondroſem, ex transverſo findit ſe aponeuroſis (*i*), ac ſuperiore parte earum, in quas ſe findit, pone Rectum, incedit, peritonæum proxime ambit, veſtitque poſteriorem partem lamellæ poſterioris aponeuroſis obliqui interni (*k*), inferiore ſe inter Rectum & peritonæum non interſerit, ſed veſtiens poſteriorem partem aponeuroſis Oblibli interni, cum ea incedit ante Rectum & Pyramidalem (*l*). Per fiſſuram ipſam Rectus tranſit, cui magnitudine & fiſſura reſpondet. Ante cartilaginis enſiformis mucronem conjungit ſe aponeuroſis Transverſi cum aponeuroſi ejusdem alterius lateris, & infra hunc per longitudinem to-

tam

(*e*) Albin. Tab. 14. Fig. 1. π. Euſtach. Tab. 33. r.
(*f*) Albin. Tab. 14. Fig. 1. ϱ.
(*g*) Id. Tab. 14. Fig. 1. σ.
(*h*) Id. Tab. 14. Fig. 1. τ. Euſtach. Tab. 33. q.
(*i*) Albin. Tab. 14. Fig. 1. ⸸.
(*k*) Id. Tab. 14. Fig. 1. φ. φ. φ.
(*l*) Id. Tab. 14. Fig. 1. ν.

tam lineæ albæ. Ab inferiore parte tota tenuis, connexaque cum imo margine obliqui externi, deinde cum vagina tendinea femur ambiente, posteaque inseritur ossi pubis cum obliquo interno.

Actio est, quæ præcedentium.

RECTUS ABDOMINIS (*a*).

Exoritur tendinibus duobus; altero, eoque præcipuo e superiore eademque priore parte ligamenti, quo synchondrosis ossium pubis a priore parte constricta (*b*), & exigua portione a proximo osse pubis (*c*); altero longius venit e priore parte ligamenti ejusdem (*d*); duo tendines se conjungunt, non multo post in carnem se vertunt, quæ quo adscendit altius magis latescit, & primum crassior fit, dein sensim extenuatur, tribus extremis desinens ad costæ septimæ, sextæ, quintæ, cartilagines. Pertinet primum ad inferiorem proximamque exteriorem partem extremæ cartilaginis costæ septimæ (*e*); secundum ad exteriorem partem marginis inferioris cartilaginis costæ sextæ, propius mediam ejus

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 13. Fig. 6. a. -- q. q. Eustach. Tab. 33. n.
(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. a. b.
(*c*) Id. Tab. 13. Fig. 6. c.
(*d*) Id. Tab. 13. Fig. 6. d. e.
(*e*) Id. Tab. 13. Fig. 6. o. o. Eustach. Tab. 33. n. — α.

ejus longitudinem, ad externum primi latus (*f*); tertium ad exteriorem eandemque inferiorem partem cartilaginis costæ quintæ, fere, ubi cartilago illa incipit, ad externum latus extremi secundi (*g*). Lineæ transversæ tres carnem hujus musculi in quatuor distinguunt portiones (*), prima e regione umbilici est (*h*); secunda media inter umbilicum, & locum, ubi Rectus pectus primum conscendit (*i*); tertia ibi, ubi Rectus pectus primum conscendit, aut conscensurus est (*k*). Infra umbilicum aliquando quarta adest, sæpe imperfecta (*l*). Pertinacissime adhærent Aponeurosi Obliquorum communi, qua, tanquam vagina, continetur Rectus.

Actio Recti fere, quæ Obliqui externi.

PYRAMIDALIS (*a*).

Oritur principio tendineo e superiore parte ligamenti, quo

(*f*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. p. p. Eustach. Tab. 33. n. — β.
(*g*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. q. q. Eustach. Tab. 33. n. — γ.
(*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. f. g. h. i. Eustach. Tab. 33. n. — ζ. ε. δ.
(*h*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. l. Eustach. Tab. 33. n. — ζ.
(*i*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. m. Eustach. Tab. 33. n. — ε.
(*k*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. n. Eustach. Tab. 33. n. — δ.
(*l*) Albin. Tab. 13. Fig. 6. k.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 13. Fig. 7. a. b. c. d. Eustach. Tab. 33. u.

quo pubis ossium synchondrosis a priore parte constricta (*b*), & a proxima pubis ossis parte (*c*). Pergit secundum lineam albam, paulatim crassior, in fine vero extenuatus, se in acutum verticem sensim angustat, & lato, tendineo, tenui extremo se innectit communi aponeurosi Obliqui interni & Transversi in linea alba (*d*).

Juvat Rectum.

REGIO XIII. CIRCA FUNEM SPERMATICUM AC TESTEM.

Solus in hac regione adest Cremaster (*a*).

CREMASTER (*a*).

Principium hujus abscedit ab Obliquo interno, & adjungit se funiculo vasorum spermaticorum (*b*); partim a Transverso, qui cum Obliquo interno confluere solet, producitur, & tenuem etiam partem quandoque ab ea parte imi marginis Obliqui externi, quæ est juxta os pubis, accipit

(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 7. a.
(*c*) Id. Tab. 13. Fig. 7. b.
(*d*) Id. Tab. 13. Fig. 7. d.
(*a*) Eustach. Tab. 32. r. utr. lat. & Tab. 33. w. x. utr. lat.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 13. Fig. 4. y. w. x. x. Eustach. Tab. 33. x.
(*b*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. v. w. Eustach. Tab. 33. x. — α.

pit (*c*). Ad teſtem deſcendit, & dilatatus, funem magis complectitur, circum tunicam vaginalem teſtis ſe explicat, paulatim extenuatus (*d*).

Teſtem ſuſpenſum tenet, attollit, forte, in complexu venereo, comprimit.

REGIO XIV. INTER ABDOMEN THORACEMQUE.

Inter abdomen thoracemque magna parte ſui intergerinus muſculus eſt, Diaphragma (*a*), ſic ut peritonæo incumbat, pleuras cum pericardio ſuſtineat.

DIAPHRAGMA (*a*).

Procedit a priore parte lumborum ſceleti capitibus octo, quorum quatuor in dextra parte ſunt, totidemque in ſiniſtra, adſcendit intra thoracem, reflexumque pertingit ad imum ejus marginem.

Capita duo prima (*b*) (quorum ſiniſtrum dextro majus, & ad

(*c*) Euſtach. Tab. 33. w.
(*d*) Albin. Tab. 13. Fig. 4. x. x.
(*a*) Veſalius de Hum. corp. fabr. Lib. 2. Tab. 7. Δ. Cowper Myotom. ann. 1724. Tab. 34. 35. Senac Hiſt. de l'Acad. R. des Sciences ann. 1729. Pl. 10. pag. 134.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 14. Fig. 4. a.—u. Fig. 5. a.—z. α.—υ. Fig. 6. a.—z. α.—ω. A.—K. Fig. 7. a.—z. α.—ω. A.—F.
(*b*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. a. æ. b. c. d. a. æ. b. c. d.

& ad quæ extrinfecus accedit tenuitas tendinea (*c*), nascens è ligamentis, quæ per fuperficiem corporum vertebrarum lumborum infra ortum horum capitum excurrunt) craffis tendinibus (*d*), oriuntur ab inferiore parte corporis vertebræ lumborum tertiæ, & quidem a lateribus partis ejus prioris, alias a fuperiore parte corporis fecundæ (*e*); abeunt hi tendines ab exterioribus lateribus in carnes (*f*). Ad hæc capita a vicinis partibus, nunc his, nunc illis, principia quædam accedere folent (*g*). Capita fecunda (*h*) principio tendineo nafcuntur e ligamento, quod inter corpus tertiæ & quartæ lumborum intercedit (*i*), & in carnes abeunt (*k*). Capita tertia (*l*) principio tendineo oriuntur a lateribus fuperioris marginis corporis quartæ lumborum (*m*), & in carnes transeunt (*n*). Capita quarta (*o*) prin-

(*c*) Albin. Tab. 14. Fig. 5. & 6. æ. æ.
(*d*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. c. c.
(*e*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. b. b.
(*f*) Id Tab. 14. Fig. 5. & 6. d. d.
(*g*) Id. Hift. Mufcul. Lib. 3. pag. 297.
(*h*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. e. f. g. e. f. g.
(*i*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. e. f.
(*k*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. g. g.
(*l*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. h. i. k. h. i. k.
(*m*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. h. h. i. i.
(*n*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. k. k.
(*o*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. l. m. n.

principiis tendineis oriuntur a priore parte radicis processus transversi lumborum quartæ (*p*), & cito in carnem abeunt (*q*). Accedit aliquando principium e superficie Quadrati lumborum (*r*). Aliquando in uno, aliquando in utroque, latere portio invenitur, quæ inferiorem Diaphragmatis marginem facit, quæ oritur a processu transverso quartæ lumborum vertebræ (*s*), itemque a quintæ, primum tendinea (*t*), dein carnea (*u*), & adjungit se parti carneæ secundæ (*v*), post se cum ea conjungit (*w*), inseritque cartilagini costæ duodecimæ (*x*).

Capita omnia adscendunt, & sensim crassiora fiunt, præsertim intumescunt media. Hæc diu disjuncta, coëunt postea & sic, ut a capite primo sinistro portio accedat ad carneam partem primam dextram, postea que excurrat per marginem dextrum foraminis, quo stomachus exit (*y*); & a capite primo dextro pars, pone præcedentem portionem incedens,

(*p*) Albin. Tab. 14. Fig. 5. & 6. l. m.
(*q*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. m.
(*r*) Id. Tab. 14. Fig. 5. & 6. o. o.
(*s*) Id. Tab. 14. Fig. 5. y. E.
(*t*) Id. Tab. 14. Fig. 5. x. Fig. 6. D.
(*u*) Id. Tab. 14. Fig. 5. z. Fig. 6. F.
(*v*) Id. Tab. 14. Fig. 5. v. Fig. 6. G. B.
(*w*) Id. Tab. 14. Fig. 5. α.
(*x*) Id. Tab. 14. Fig. 5. β. Fig. 6. H.
(*y*) Id. Tab. 14. Fig. 5. q.

Caput denique commune caudas inferit decem vertebris lumborum, quinque imo tuberculo, quod eft juxta pofteriorem partem radicis proceffus transverfi vertebræ lumborum primæ (*h*), fecundæ (*i*), tertiæ (*k*), quartæ (*l*), quintæ (*m*); quinque margini inferiori partis pofterioris proceffus transverfi vertebræ lumborum primæ ad extremum proceffus illius (*n*), fecundæ (*o*), tertiæ (*p*), quartæ (*q*), quintæ (*r*); portionem denique latam inferiori margini coftæ ultimæ ab inferiore parte (*s*).

Longiffimus & Sacrolumbalis lumbos & dorfum, in priora curvata, retinent, erigunt, flectunt retrorfum, & aliquantum fimul in latus. Caudæ, quæ infertæ coftis, eas agunt deorfum.

SPINALIS DORSI (*a*).

Quinque tendinibus oritur a fpinis vertebrarum lumborum

(*h*) Albin. Tab. 15. Fig. 6. a. b.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 6. c. d.
(*k*) Id. Tab. 15. Fig. 6. e. f.
(*l*) Id. Tab. 15. Fig. 6. g. h.
(*m*) Id. Tab. 15. Fig. 6. i. k.
(*n*) Id. Tab. 15. Fig. 6. l. m.
(*o*) Id. Tab. 15. Fig. 6. n. o.
(*p*) Id. Tab. 15. Fig. 6. p. q.
(*q*) Id. Tab. 15. Fig. 6. r.
(*r*) Id. Tab. 15. Fig. 6. s.
(*s*) Id. Tab. 15. Fig. 6. t. u. u.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 15. Fig. 7. a. — n. Euftach. Tab. 37. I.

rum duarum ſuperiorum, triumque inferiorum dorſi. Eorum inferior, qui oritur a quarta lumborum, longiſſimus, craſſiſſimusque (*b*); proximus, qui a quinta lumborum, brevior & tenuior (*c*); hoc brevior & tenuior, qui a prima dorſi (*d*); hoc quartus, qui a ſecunda (*e*); breviſſimus, gracillimus, ſuperior, qui a tertia (*f*). Abeunt in carnem (*g*), formantque muſculum, tenuem, non valde latum, & modice in progreſſu latescentem, qui in ſeptem deſinit caudas, primum carneas, dein tendineas; pertinent hæ ad ſpinas ſeptem dorſi vertebrarum, & lateri extremi fere mucronis earum inſeruntur, quintæ (*g*), ſextæ (*h*), ſeptimæ (*i*), octavæ (*k*), nonæ (*l*), decimæ (*m*), undecimæ (*n*).

Dorſum cum Longiſſimo retinet, erigit, flectit in poſteriora, & eodem tempore nonnihil in latus.

S E-

(*b*) Albin. Tab. 15. Fig. 7. a.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 7. b.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 7. c.
(*e*) Id. Tab. 15. Fig. 7. d.
(*f*) Id. Tab. 15. Fig. 7. e.
(*g*) Id. Tab. 15. Fig. 7. g.
(*h*) Id. Tab. 15. Fig. 7. h.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 7. i.
(*k*) Id. Tab. 15. Fig. 7. k.
(*l*) Id. Tab. 15. Fig. 7. l.
(*m*) Id. Tab. 15. Fig. 7. m.
(*n*) Id. Tab. 15. Fig. 7. n.

SEMISPINALIS DORSI (*a*).

Quatuor hujus capita, diu tendinea, incipiunt a posteriore & eadem superiore parte processuum transversorum fere extremorum tertiæ (*b*), quartæ (*c*), quintæ (*d*), sextæ (*e*), dorsi vertebrarum. Musculus, sic enatus, findit se in septem caudas, quæ tendinoso fine pertinent ad inferiorem partem lateris spinarum vertebrarum dorsi superiorum quinque, collique proximarum duarum, non longe a mucrone earum; itaque ad spinam, octavæ dorsi (*f*), ad nonæ (*g*), ad decimæ (*h*), ad undecimæ (*i*), ad duodecimæ (*k*); ad colli primæ (*l*), ad secundæ (*m*). Caudæ hæ eo longiores, quo superiores.

Dorsum, finitimamque ei cervicis partem, cum in priora curvata sunt, erigit, & curvat deinde oblique in latus.

S P I-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 15. Fig. 8. a—q.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 8. a. b.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 8. c. d.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 8. e. f.
(*e*) Id Tab. 15. Fig. 8. g. h.
(*f*) Id. Tab. 15. Fig. 8. k.
(*g*) Id. Tab. 15. Fig. 8. l.
(*h*) Id. Tab. 15. Fig. 8. m.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 8. n.
(*k*) Id. Tab. 15. Fig. 8. o.
(*l*) Id. Tab. 15. Fig. 8. p.
(*m*) Id. Tab. 15. Fig. 8. q.

SPINALIS CERVICIS (*a*).

Caput tendineum primum oritur a posteriore eademque superiore parte processus transversi vertebræ dorsi septimæ, ad tuberis, in quod desinit, radicem (*b*), secundum eodem modo ab octava (*c*), tertium a nona (*d*), quartum a decima (*e*), quintum ab undecima (*f*), sextum a duodecima (*g*). Quo quodque caput superius est, eo brevius. Findit se in extrema quinque, quæ alia aliis incumbunt, ac sese inserunt lateri imi marginis extremæ spinæ vertebræ colli secundæ (*h*), tertiæ (*i*), quartæ (*k*), quintæ (*l*), sextæ (*m*).

Cervicem in eandem, atque Semispinalis dorsum, partem erigit & curvat; flectit præterea retrorsum.

INTERSPINALES CERVICIS (*a*).

Quinque numero sunt, interjecti spinis colli vertebrarum in-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 16. Fig. 15. a. — r. Eustach. Tab. 39. f.
(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 15. a. b.
(*c*) Id. Tab. 16. Fig. 15. c. d.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 15. e. f.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 15. g. h.
(*f*) Id. Tab. 16. Fig. 15. i. k.
(*g*) Id. Tab. 16. Fig. 15. l. m. Eustach. Tab. 39. f. — α. α.
(*h*) Albin. Tab. 16. Fig. 15. n.
(*i*) Id. Tab. 16. Fig. 15. o.
(*k*) Id. Tab. 16. Fig. 13. p. Eustach. Tab. 39. f. — β.
(*l*) Albin. Tab. 16. Fig. 15. q. Eustach. Tab. 39. f. — γ.
(*m*) Albin. Tab. 16. Fig. 15. r. Eustach. Tab. 39. f. — δ.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 16. Fig. 2. a. — k. Fig. 3. a. — g. &c.

inferiorum ſex. Primus procedit a latere ſuperioris partis ſpinæ colli imæ, juxta ejus tumorem extremum, ad inferiorem & eandem interiorem partem cornu ſecundæ (*b*); ſecundus a ſuperiore parte cornu ſecundæ ad inferiorem & interiorem partem tertiæ (*c*), ſic tertius (*d*), quartus (*e*), & quintus (*f*).

Spinarum aliam ad aliam adducunt, ſic cervicem in priora flexam erigunt, curvant deinde in partem poſteriorem.

RECTUS CAPITIS POSTICUS MAJOR (*a*).

Origo huic ab illa parte marginis ſuperioris ſpinæ vertebræ colli ſextæ, quæ pars eſt juxta radicem cornu, & ab ipſo etiam cornu (*b*), adſcendit, prætereunsque atlantem, ſe inſerit oſſi occipitis, circa medium, inter illam partem additamenti ſuturæ lambdiformis, quæ ſit ab oſſe occipitis & mammillari, lateralemque partem foraminis magni, quæ eſt pone proceſſum coronoïdeum, medio loco inter finem Complexi, Obliqui ſuperioris, & Recti poſtici minoris (*c*).

De-

(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 2. 3. a. b.
(*c*) Id. Tab. 16. Fig. 2. c. d. Fig. 3. c.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 2. e. f. Fig. 3. d.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 2. g. h. Fig. 3. e.
(*f*) Id. Tab. 16. Fig. 2. i. k. Fig. 3. f.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 2. a. b. b. Euſtach. Tab. 39. b.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 2. a. Euſtach. Tab. 39. b. — α.
(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 2. b. b. Euſtach. Tab. 39. b. — β.

Deprimit caput, & partem pofteriorem atlantis; convertit atlantem una cum capite fuper epiftrophæum, ad fimilitudinem obliqui inferioris.

RECTUS CAPITIS POSTICUS MINOR (a).

Oritur ab eminentia atlantis, quæ fpinæ loco eft, & ab hac origine extrinfecus tendineus eft (b), adfcendit ad os occipitis, & fefe inferit fcrobi, quæ inter foramen magnum finemque Complexi, juxta mediam fpinam, a foramine magno in pofteriora porrectam (c). Caput fummamque vertebram ad fe invicem adducit, nonnihil oblique. Deprimit capitis partem pofteriorem.

OBLIQUUS INFERIOR CAPITIS (a).

Incipit a fuperiore parte lateris fpinæ epiftrophæi, per totam fpinæ longitudinem, magnaque cornu parte, principio tendinofo (b); inferitur pofteriori amplitudini extremi proceffus transverfi atlantis (c).

Movet atlantem, & cum eo caput. Rotat atlantis transver-

(a) Albin. Tab. Mufcul. 17. Fig. 1. a. b. c. c. Euftach. Tab. 39. a.
(b) Albin. Tab. 17. Fig. 1. a. b. Euftach. Tab. 39. a. — α.
(c) Albin. Tab. 17. Fig. 1. c. c. Euftach. Tab. 39. a. — β.
(a) Albin. Tab. Mufcul. 17. Fig. 4. a. b. Euftach. Tab. 39. d.
(b) Albin. Tab. 17. Fig. 4. a. Euftach. Tab. 39. d. — α.
(c) Albin. Tab. 17. Fig. 4. b. Euftach. Tab. 39. d. — β.

verſum proceſſum ad ſpinam epiſtrophæi trahens; eoque atlantem etiam in poſteriora parumper detrahit.

OBLIQUUS SUPERIOR CAPITIS (*a*).

Procedit a ſuperiore parte extremi proceſſus transverſi atlantis, a qua origine extrinſecus tendineus eſt (*b*), tendit ad os occipitis, eique inſeritur inter illam partem additamenti ſuturæ lambdiformis, quæ fit ab oſſe occipitis & mammillari, partemque illam, cui inſertus Rectus poſticus major (*c*).

Occiput oblique deprimit, id eſt, in poſteriora & ſimul aliquantum in latus.

MULTIFIDUS SPINÆ (*a*).

Oritur a ſpina tertia oſſis ſacri usque ad tuberculum ejusdem oſſis, quod fit ex concretione proceſſus obliqui deſcendentis quartæ ipſius vertebræ, cum obliquo adſcendente quintæ, & ab ipſo illo tuberculo (*b*); a tuberculis, quæ fiunt

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 3. a. b. c. c. Euſtach. Tab. 39. c.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 3. a. b. Euſtach. Tab. 39. c. — α.
(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 3. c. c. Euſtach. Tab. 39. c. — β.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 15. Fig. 1. a. — z. α. — ω. Fig. 2. a. — z. α. — γ.
(*b*) Albin. Tab. 15. Fig. 1. a.

fiunt ex concretione processus obliqui descendentis tertiæ ossis sacri vertebræ cum adscendente quartæ, descendentis secundæ cum adscendente tertiæ, descendentis primæ cum adscendente secundæ; ab eminentia, quam os sacrum in dorso suo ad externum latus foraminis sui secundi & tertii habet (*c*); a ligamento, quod ab eminentia modo dicta ad finitimam ossis ilium partem deductum (*d*); ab osse ileo (*); a processu obliquo adscendente vertebræ primæ ossis sacri (*e*), ab adscendente lumborum primæ (*f*), secundæ (*g*), tertiæ (*h*), quartæ (*i*), quintæ (*k*); a superiore parte extremi processus transversi primæ dorsi (*l*), secundæ (*m*), tertiæ (*n*), quartæ (*o*), quintæ (*p*), sextæ (*q*), septi-

(*c*) Albin. Tab. 15. Fig. 1. b.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 1. c.
(*) Id. Tab. 15. Fig. 1. d. Fig. 2. a.
(*e*) Id. Tab. 15. Fig. 1. e. Fig. 2. b.
(*f*) Id. Tab. 15. Fig. 1. f. Fig. 2. c. d.
(*g*) Id. Tab. 15. Fig. 1. g. Fig. 2. e. f.
(*h*) Id. Tab. 15. Fig. 1. h. Fig. 2. g. h.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 1. i. Fig. 2. i. k.
(*k*) Id. Tab. 15. Fig. 1. k. Fig. 2. l. m.
(*l*) Id. Tab. 15. Fig. 1. l.
(*m*) Id. Tab. 15. Fig. 1. m.
(*n*) Id. Tab. 15. Fig. 1. n.
(*o*) Id. Tab. 15. Fig. 1. o.
(*p*) Id. Tab. 15. Fig. 1. p.
(*q*) Id. Tab. 15. Fig. 1. q.

ſeptimæ (*r*), octavæ (*s*), nonæ (*t*), decimæ (*u*), undecimæ (*v*), duodecimæ (*w*); a poſteriore & ſuperiore parte proceſſus oblique deſcendentis colli vertebræ ſecundæ (*x*), tertiæ (*y*), quartæ (*z*). Tot principiis enatus, & poſteriorem ſpinæ partem tenens multifidus, ſeriem quandam muſculorum inter ſe cohærentium præſentat. Extremum tendinoſum ſe inſerit inferiori margini ſpinæ prope extremæ lumborum primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ (*a*), dorſi etiam omnium (*b*), colli primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ (*c*), ſextæ (*d*). Omnia inde ſubtus inſerere ſe pergunt inferiori margini vertebrarum ad earum proceſſum obliquum deſcendentem usque. Portiones a pluribus uno capitibus ad unam eandemque vertebram pertinent.

Accedunt portiones, quæ aut ad Multifidum referri poſſunt, aut pro diſtinctis muſculis haberi. Duabus quibusque proximis

(*r*) Albin. Tab. 15. Fig. 1. r.
(*s*) Id. Tab. 15. Fig. 1. s.
(*t*) Id. Tab. 15. Fig. 1. t.
(*u*) Id. Tab. 15. Fig. 1. u.
(*v*) Id. Tab. 15. Fig. 1. v.
(*w*) Id. Tab. 15. Fig. 1. w.
(*x*) Id. Tab. 15. Fig. 1. x.
(*y*) Id. Tab. 15. Fig. 1. y.
(*z*) Id. Tab. 15. Fig. 1. z.
(*a*) Id. Tab. 15. Fig. 1. α. β. γ. δ. ε. Fig. 2. n. o. p. q.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 1. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ϱ. Fig. 2. r. s.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 1. σ. τ. υ. φ. χ.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 1. ψ. ω.

ximis inter ſe, vertebris lumborum inſerta una; ſuprema quintæ lumborum imæque dorſi. Prima oritur ab exteriore parte radicis proceſſus oblique adſcendentis, inſerit ſe inferiori parti radicis tuberculi illius, quod inter proceſſum transverſum & obliquum adſcendentem eminet, porroque inferiori parti marginis ipſius illius obliqui (*e*); eodemque modo ſecunda (*f*), tertia (*g*), quarta (*h*), & quinta (*i*), ſe habent.

Spinam continet, regit, in priora flexam retinet, erigit, flectit in poſteriora, torquet.

INTERSPINALES LUMBORUM ET DORSI (*a*).

A ſpina imæ vertebræ lumborum ad proximam adſcendunt, orti ab eminentia, quæ in inferiore parte lateris ſpinæ a proceſſu obliquo inferiore ad ſpinæ extremum porrecta jacet (*b*), inſerti inferiori parti lateris ſpinæ infra eminentiam modo dictam (*c*).

Lum-

(*e*) Albin. Tab. 15. Fig. 2. u. v.
(*f*) Id. Tab. 15. Fig. 2. w. x.
(*g*) Id. Tab. 15. Fig. 2. y. z.
(*h*) Id. Tab. 15. Fig. 2. α. β.
(*i*) Id. Tab. 15. Fig. 2. γ.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 15. Fig. 11. a. b.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 11. a.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 11. b.

Lumbos, in priora curvatos, erigunt, poſt flectunt retrorſum, ſpinas adducendo ad ſe mutuo.

Interſpinales dorſi conveniunt ortu, inſertione, uſu.

INTERTRANSVERSARII LUMBORUM (*a*).

A ſuperiore parte proceſſus transverſi cujusque inferioris vertebræ lumborum pertinent ad inferiorem partem proximæ ſuperioris (*b*). Quintus, ſimiliter a ſuperiore parte transverſi quintæ enatus, inſeritur tuberculo, quod ab exteriore ac poſteriore parte transverſi imæ dorſi infra eminet (*c*).

Lumbos in latus flectunt; in oppoſitum latus flexos retinent, erigunt.

INTERTRANSVERSARII DORSI (*a*).

Primus oritur ab anteriore parte proceſſus transverſi primæ dorſi vertebræ, inſeritque ſe inferiori eidemque poſteriori parti proceſſus transverſi ſecundæ (*b*). Secundus incipit a ſuperiore & poſteriore parte proceſſus transverſi ſecun-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 15. Fig. 10. a. k.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 10. a. b. &c.
(*c*) Id. Tab. 15. Fig. 10. i. k.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 15. Fig. 9. a. — k.
(*b*) Id. Tab. 15. Fig. 9. a. b.

cundæ dorſi, inſeritur inferiori & poſteriori transverſi tertiæ (*c*). Tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octavus, nonus, oriuntur, inſeruntque ſe (*d*), ut ſecundus. Quo ſuperiores eo exiliores. Dorſum in latus flectunt, in oppoſitum latus flexum retinent, erigunt.

LEVATORES BREVIORES COSTARUM (*a*).

Oriuntur a proceſſu transverſo vertebræ illius, quæ eſt ſtatim ſupra illam, cum cujus proceſſu transverſo ipſa coſta commiſſa eſt, fere a tota ejus longitudine, ab inferiore parte (*b*); inſeruntur ſuperiori margini coſtæ proximæ inferioris (*c*), acutæ eminentiæ, quæ ſe ex ea erigit, ubi a corporibus vertebrarum incipit recedere, ultraque eam paulo longius, quam ubi coſta procesſui transverſo innititur, aut juxta extremum ejus incedit, porrectæ ſcrobi inæquabili; itemque exteriori parti marginis ſuperioris, aliquantum ultra proceſſum eundem.

Coſtarum principium firmant, moderantur.

LE-

(*c*) Albin. Tab. 15. Fig. 9. c. d.
(*d*) Id. Tab. 15. Fig. 9. e. f. g. h. i. k. l.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 14. a. — c.
(*b*) Id Tab. 17. Fig. 14. a. a.
(*c*) Id. Tab. 17. Fig. 14. c. c.

LEVATORES LONGIORES COSTARUM (*a*).

Tres, quatuorve, costæ inferiores talem nactæ sunt. Oriuntur ab inferiore parte partis posterioris processus transversi vertebræ dorsi (*b*), proximam costam prætergrediuntur, sed posteriori parti marginis superioris costæ subsequentis, juxta brevioris externum latus, ubi se costa jam magis deorsum inclinat, inseruntur (*c*). Aliquando vel omnes, vel nonnulli, ab externo latere dimittunt portionem, ad costam, quæ proxima supra illam, cujus sunt; quemadmodum breviores quandoque portione quadam excurrunt longius, ac prætereuntes costam, cujus sunt, ad proximam pertinent.

Attollunt costas, duas inferiores eodem tempore trahunt retrorsum.

REGIO XX. SPATIA INTERCOSTALIA.

Intercostales externi (*a*), internique (*b*), soli hæcce spatia adimplent.

I N-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 17. Fig. 15. a.—d.
(*b*) Id. Tab. 17. Fig. 15. a.
(*c*) Id. Tab. 17. Fig. 15. c.
(*a*) Eustach. Tab. 39. Fig. 1. i. l. &c. utr. lat. Tab. 33. l. &c. utr. lat.
(*b*) Id. Tab. 38. l. l. &c. utr. lat. Tab. 33. h. i. &c. utr. lat.

INTERCOSTALES EXTERNI (*a*).

Quisque intercoſtalis externus oritur ab exteriore & inferiore parte coſtæ ſuperioris, inde, ubi illa ultra proceſſum, cui innixa, procedere incipit (*b*), tendit oblique verſus anteriora & inſeritur exteriori eidemque ſuperiori parti coſtæ ſubſequentis, inferioris (*c*). Coſtarum longitudinem alii ad earum cartilagines usque tenent, alii propemodum, & ubi deſinunt, aponeuroſis tenuis ab una coſta ad aliam procedere pergit.

Coſtas adducunt ad ſe invicem, pleuram firmant.

INTERCOSTALES INTERNI (*a*).

Oriuntur ab inferiore parte partis interioris coſtæ ſuperioris, & a ſuperiore quidem margine fulci, cui vaſa intercoſtalia inſident (*b*), oblique verſus poſteriora deſcendunt, coſtarumque longitudinem ab extremis cartilaginibus earum tenent ultra eum locum, ubi ſe è ſpina venientes in priora inſig-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 9. a. a. b. c. c. c. Fig. 10. a a. a. b. b. b. Euſtach. Tab. 33. l. l. &c. Tab. 37. g. g. &c. Tab. 39. l. l. &c.

(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 9. a. b. b. Fig. 10. a. a. a.

(*c*) Id. Tab. 17. Fig. 9. c. c. c. Fig. 10. b. b. b.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 11. 12. 13. Euſtach. Tab. 38 l. l. &c. Tab. 33. h. h. &c.

(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 13. a. a. b. b. b.

ſigniter curvant, deſinuntque ad interiorem partem marginis ſuperioris coſtæ ſubſequentis inferioris (*c*). Noni (aliquando etiam octavi, ſeptimi, ſexti) pars longius deſcendit, coſtam proximam præterlapſa ad ſubſequentem deſinit (*d*).

Eadem, quæ externorum, & horum actio eſt.

REGIO XXI. COLLI SCELETI LATUS CUM PARTE PRIORE.

Præter Scalenum priorem (*a*), medium (*b*), poſticum (*c*), in hac regione inveniuntur, Rectus capitis internus major (*d*), Longus colli (*e*), Rectus capitis internus minor (*f*), Rectus lateralis (*g*), Intertransverſarii priores colli (*h*), Intertransverſarii poſteriores colli (*i*).

SCALENUS PRIOR (*a*).

Oritur a ſummo margine coſtæ primæ, non longe ab ejus car-

(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 13. c. c.
(*d*) Id. Tab. 17. Fig. 13. f. g. h. Euſtach. Tab. 38. m. n., m. n., m. n.
(*a*) Euſtach. Tab. 38. l.
(*b*) Id. Tab. 38. g. dextr. Tab. 39. e.
(*c*) Id. Tab. 39. k.
(*d*) Id. Tab. 41. Fig. 13. Π. Tab. 38. c.
(*e*) Id. Tab. 41. Fig. 13. Σ. Tab. 38. e. f.
(*f*) Id. Tab 41. Fig. 13. Ξ. dextr. Tab. 38. d. dextr.
(*g*) Id. Tab. 41. Fig. 13. Δ. Tab. 38. a.
(*h*) Albin. Tab. Muſcul. 16. Fig. 8. 10.
(*i*) Id. Tab. 16. Fig. 9. 16. 18.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 16. Fig. 11. a.—g. Euſtach. Tab. 38. l.

cartilagine (*b*), findit se in caudas tres, quarum primam inserit inferiori parti tuberculi prioris processus transversi vertebræ colli secundæ, continuoque imo lunato margini (*c*); secundam, angustiorem, processui transverso vertebræ colli tertiæ (*d*); tertiam, rursus angustiorem, imo lunato margini, & proximæ parti tuberculi prioris processus transversi vertebræ colli quartæ (*e*).

Collum in priora flectit, magis quidem quam cæteri.

SCALENUS MEDIUS (*a*).

Huic origo est a costa prima, sic ut teneat totam costæ altitudinem (*b*). Accedit caput a superiore parte extremi processus transversi vertebræ colli primæ (*c*); alterum a superiore parte extremi tuberculi posterioris transversi processus secundæ (*d*). Findit se in septem caudas. Prima pertinet ad priorem & inferiorem partem processus transversi ver-

(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 11. a. Eustach. Tab. 38. i. — α.
(*c*) Albin. Tab. 16. Fig. 11. b. c
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 11. d. e.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 11. f. g.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 16. Fig. 4. a. — l. Fig. 5. a. — r. Eustach. Tab. 38. g. dextr. Tab. 39. e.
(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 4. a. a. Fig. 5. a. b. b. Eustach. Tab. 38. g. — α. Tab. 39. e. — α.
(*c*) Albin. Tab. 16. Fig. 4. b.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 4. c.

vertebræ colli imæ (*e*); ſecunda ad inferiorem partem extremi tuberculi poſterioris, & ad extremum lunatum marginen proceſſus transverſi colli ſecundæ (*f*); tertia ad extremum lunatum marginem tertiæ (*g*); quarta ad eundem marginem quartæ (*h*); quinta ad extremum lunatum marginem, itemque ad imum tuberculum prius quintæ (*i*); ſexta ad priorem partem proceſſus prope extremi ſextæ (*k*); ſeptima ad priorem partem marginis inferioris proceſſus transverſi atlantis, circa longitudinem ejus mediam (*l*); ſola ſeptima extremum partim carneum partim tendineum (*m*) habet, omnes reliquæ tendineum. Collum flectit in latus, rectius.

SCALENUS POSTICUS (*a*).

Oritur ab exteriore parte marginis ſuperioris coſtæ ſecun-

(*e*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. c. d. Fig. 4. d. Euſtach. Tab. 39. e. — β.

(*f*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. e. f. Fig. 4. e. Euſtach. Tab. 39. e. — γ.

(*g*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. g. h. Fig. 4. f. Euſtach. Tab. 39. e. — δ.

(*h*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. i. k. Fig. 4. g. Euſtach. Tab. 39. e. — ε.

(*i*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. l. m. Fig. 4. h. Euſtach. Tab. 39. e. — ξ.

(*k*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. n. o. Fig 4. i. Euſtach. Tab. 39. e. — η.

(*l*) Albin. Tab. 16. Fig. 5. p. q. r. Fig. 4. k.

(*m*) Id. Tab. 16. Fig. 5. p. q.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 16. Fig. 12. a. — e. Euſtach. Tab. 39. k.

cundæ, inter illam partem, qua processui transverso inhæret, illamque, qua se in priora curvatura est (*b*); findit se in duas caudas, quarum prima inserta extremo tuberculo posteriori processus transversi vertebræ colli secundæ (*c*); altera eidem parti tertiæ (*d*). Actione cum medio convenit.

RECTUS CAPITIS INTERNUS MAJOR (*a*).

Capita huic quatuor sunt: primum oritur a priore & eadem superiore parte tuberculi prioris processus transversi vertebræ colli secundæ (*b*); eodem modo procedunt secundum (*c*), tertium (*d*), quartum (*e*), a tertia, quarta, quinta vertebra. Adscendit ex omnibus nata caro ad caput, & inseritur imo margini ossis occipitis, qui respicit petrosum, fere ab illo hiatu, quo exit capitis nervus octavus, ad os multiforme ferme usque (*f*).

Capitis priorem partem deprimit in priora ac simul nonnihil

(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 12. a. a. Eustach. Tab. 39. k. — α.
(*c*) Id Tab. 16. Fig. 12. b. c.
(*d*) Id. Tab 16. Fig. 12. d. e.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 16. Fig. 19. a. b. c. c. c. Fig. 20. a. -- h. Eustach. Tab. 41. Fig. 13. π. Tab. 38. c.
(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 19. a. Fig. 20. a. b.
(*c*) Id. Tab. 16 Fig. 20. c. d.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 20. e. f.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 23. g. h.
(*f*) Id. Tab. 16. Fig. 19. c. c. Eustach. Tab. 41. Fig. 13. π. — α.

nihil in latus; eoque & collum flectit in partem eandem; cum vero collum caputque retrorſum flexa ſunt, erigit ea.

LONGUS COLLI (*a*).

Componitur fere ex duobus muſculis, inter ſe nexis. Capita oriuntur a media laterali parte corporis vertebræ dorſi decimæ (*b*), undecimæ (*c*), duodecimæ (*d*), colli primæ (*e*); ſecundæ (*f*), a principio coſtæ primæ (*g*), a ſuperiore & eadem interiore, id eſt corpus vertebræ ſpectante, parte tuberculi prioris proceſſus transverſi vertebræ colli ſecundæ (*h*), tertiæ (*i*), quartæ (*k*), quintæ (*l*). Adſcendit caro, ſed in diverſa, caudasque emittit varias, quæ inſeruntur corpori vertebræ colli tertiæ, priori parti ejus, a latere, non longe a margine inferiore (*m*), eodem modo ver-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 16. Fig. 6. a.—t. Fig. 7. a.—z. α.—κ. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. Σ. Tab. 38. e. f.
(*b*) Albin. Tab. 16. Fig. 7. a. b. Fig. 6. a. b.
(*c*) Id. Tab. 16. Fig. 7. c. d.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 7. e. f. Euſtach. Tab. 38. d. & f.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 7. g. h.
(*f*) Id. Tab. 16. Fig. 7. i. k.
(*g*) Id. Tab. 16. Fig. 7. l. m.
(*h*) Id. Tab. 16. Fig. 7. n. o. Fig. 6. i. k.
(*i*) Id. Tab. 16. Fig. 7. p. q. Fig. 6. l. m.
(*k*) Id. Tab. 16. Fig. 7. r. s. Fig. 6. n. o.
(*l*) Id. Tab. 16. Fig. 7. t. u. Fig. 6. p. q.
(*m*) Id. Tab. 16. Fig. 7. v. w.

vertebræ quartæ (*n*), quintæ (*o*), circa mediam altitudinem prioris partis corporis vertebræ ſextæ, a latere (*p*), inferiori parti tuberculi atlantis, quod is in media priore parte ſua habet (*q*), inferiori parti tuberculi prioris proceſſus transverſi vertebræ colli ſecundæ (*r*), priori parti radicis ſpinæ, quæ eſt juxta priorem partem proceſſus transverſi primæ colli (*s*).

Collum in poſteriora curvatum erigit; curvat deinde in priora, eodemque tempore, modice in latus.

RECTUS CAPITIS INTERNUS MINOR (*a*).

Principio tendinoſo incipit a priore & ſuperiore parte corporis atlantis, juxta radicem proceſſus transverſi, & ab ipſa radice (*b*), adſcendit oblique introrſum, & extremo tendinoſo deſinit ad inferiorem & poſteriorem partem margi-

(*n*) Albin. Tab. 16. Fig. 7. x. y.
(*o*) Id. Tab. 16. Fig. 7. z. α.
(*p*) Id. Tab. 16. Fig. 7. β. γ.
(*q*) Id. Tab. 16. Fig. 7. δ. ε. Fig. 6. t. u.
(*r*) Id. Tab. 16. Fig. 7. ζ. η. θ. Fig. 6. e. f. g.
(*s*) Id. Tab. 16. Fig. 7. ι. κ. Conf. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. Σ. — α. β. γ. δ.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 17. Fig. 6. a. b. c. d. e. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. Ξ. dextr. & Tab. 38. b. dextr.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 6. a. b. b. Euſtach. Tab. 41. Fig. 13. Ξ. — α. α.

ginis offis occipitis, qui cum petrofo leviter connexus, & quidem tuberculo, quod e margine illo, ante proceffum coronoïdeum, eminet (*c*); juxtaque illud fe etiam immiscet materiëi quafi cartilagineæ, quæ implet intervallum, imæ offis occipitis & petrofi parti ante fiffuram, qua exit nervus capitis octavus, interjectum (*d*).

Caput in priora, fimulque nonnihil in latus, nutare facit.

RECTUS LATERALIS (*a*).

Oritur a parte priore partis fuperioris proceffus transverfi atlantis (*b*), oblique verfus exteriora adfcendit, & extremo extrinfecus tendineo pertinet ad offis occipitis fuperficiem inæquabilem, quæ & juxta proceffum mammillarem eft, & juxta pofteriorem partem illius marginis offis occipitis, qui facit pofteriorem partem foraminis, quo exit vena jugularis interna (*c*).

Caput in latus & fimul nonnihil oblique in priora deprimit.

IN-

(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 6. c. d. Euftach. Tab. 41. Fig. 13 Ξ.--β. β.
(*d*) Albin. Tab. 17. Fig. 6. e.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 17. Fig. 5. a. a. b. c. Euftach. Tab. 41. Fig. 13. Λ. Tab. 38 a.
(*b*) Albin. Tab. 17. Fig. 5. a. a. Euftach. Tab. 41. Fig. 13. Λ.--α.
(*c*) Albin. Tab. 17. Fig. 5. b. c. Euftach. Tab. 41. Fig. 13. Λ.--β.

INTERTRANSVERSARII PRIORES COLLI (*a*).

Primus oritur ab eminentia vertebræ colli primæ, quam illa habet loco radicis prioris proceſſus ſui transverſi, inſeritur inferiori eidemque priori parti tum radicis tuberculi, tum ipſius tuberculi prioris proceſſus transverſi ſecundæ (*b*). Secundi origo eſt a ſuperiore & poſteriore parte tuberculi prioris, radicisque proceſſus transverſi vertebræ ſecundæ, inſertio inferiori eidemque priori parti radicis, ipſiusque tuberculi prioris tertiæ (*c*). Tertius oritur, ut ſecundus, inſeritur vertebræ quartæ (*d*). Quarti (*e*), quintique (*f*) origo, ut ſecundi, inſeritur quartus vertebræ quintæ (*g*), quintus inferiori parti radicis proceſſus transverſi vertebræ ſextæ, marginisque prioris illius partis ejus, qua ſuſtinet atlantem, & proximæ corporis parti, mox infra marginem modo dictum (*h*). Sextus oritur a priore parte radicis prioris

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 16. Fig. 8. a.—n.
(*b*) Id. Tab. 16. Fig. 8. a. b.
(*c*) Id. Tab. 16. Fig. 8. c. d.
(*d*) Id. Tab. 16. Fig. 8. e. f.
(*e*) Id. Tab. 16. Fig. 8. g. Fig. 10. a.
(*f*) Id. Tab. 16. Fig. 8. i.
(*g*) Id. Tab. 16. Fig. 8. h.
(*h*) Id. Tab. 16. Fig. 8. k. k.

ris processus transversi vertebræ sextæ, inseritur imo priori margini radicis processus transversi septimæ (i).

Adducunt processus, inter quos intercedunt, ad se invicem; sic collum in latus flectunt, in oppositum latus flexum erigunt. Sextus præterea atlantem nonnihil vertit, ideſt, cum is in alterutram partem conversus est, restituit eum.

INTERTRANSVERSARII POSTERIORES COLLI (a).

Primus oritur a parte eadem & superiore & priore processus transversi primæ colli vertebræ, inseritur inferiori & posteriori parti tuberculi posterioris, vicinoque margini extremo lunato secundæ (b). Secundus incipit a superiore parte tuberculi posterioris processus transversi secundæ, desinit ad inferiorem & posteriorem partem tuberculi posterioris, marginisque lunati tertiæ (c). Eodem modo oriuntur tertius a vertebra tertia (d), quartus a quarta (e), ac inferuntur quartæ (f), quintæque (g). Quintus pari modo oritur

(i) Albin. Tab. 16. Fig. 8. l. m. n.
(a) Albin. Tab. Muscul. 16. Fig. 9. a. — m.
(b) Id. Tab. 16. Fig. 9. a. b.
(c) Id. Tab. 16. Fig. 9. c. d.
(d) Id. Tab. 16. Fig. 9. e.
(e) Id. Tab. 16. Fig. 9. g.
(f) Id. Tab. 16. Fig. 9. f.
(g) Id. Tab. 16. Fig. 9. h.

tur a quinta (*h*), inſeritur autem inferiori ac poſteriori parti proceſſus transverſi ſextæ (*i*). Sextus oritur a ſuperiore parte extremi proceſſus transverſi ſextæ, inſeritur ſeptimæ proceſſus transverſi extremi parti inferiori juxta partem priorem (*k*).

Eorum actio, quæ priorum.

REGIO XXII. SCAPULA CUM SUPERIORE PARTE HUMERI.

In hac regione dantur Deltoïdes (*a*), Supraſpinatus (*b*), Infraſpinatus (*c*) Teres minor (*d*), Teres major (*e*), Subſcapularis (*f*). Muſculos hos extrinſecus ſub communibus corporis totius integumentis veſtit aponeuroſis tenuis, contegens Deltoïdem, nudamque partem Infraſpinati, & Teretis minoris, & inter eos quoque immittit propagines, quibus reliqua eorum obducta. Similis ab interiore parte ſcapulæ veſtit Subſcapularem, Teretem minorem, majorisque par-

(*h*) Albin. Tab. 16. Fig. 9. i.
(*i*) Id. Tab. 16. Fig. 9. k.
(*k*) Id. Tab. 16. Fig. 9. l. m. Fig. 18. q. r.
(*a*) Euſtach. Tab. 34. V. Tab. 35. z.
(*b*) Id. Tab. 37. A. Tab. 38. D.
(*c*) Id. Tab. 37. B. Tab. 39. u.
(*d*) Id. Tab. 37. C.
(*e*) Id. Tab. 36. V. Tab. 38. D.
(*f*) Id. Tab. 38. E.

partim interiorem una cum tendine Latiſſimi dorſi, pariterque propagines inter eos immittit.

DELTOIDES (*a*).

Muſculus hic ex ſeptem portionibus conſtat, in duos ordines diſpoſitis. Portionum primi ordinis prima oritur principio tendineo a parte priore claviculæ (*), qua pars illa concava eſt, & alias quoque a mucrone proceſſus ſuperioris ſcapulæ (*b*); ſecunda, eademque poſterior, principio tendineo, aliquamdiu per exteriora excurrente, incipit a margine inferiore ſpinæ, magnæque partis proceſſus ſuperioris ſcapulæ (*c*); tertia initio tendineo, quod cum principio tendineo portionum, quibus interſertum, conjunctum, incipit ab extremo proceſſus ſuperioris ſcapulæ (*d*); quarta principio tendineo, cum principio ſimili portionum, quibus interſertum, conjuncto, oritur a cubito flectentis ſe proceſſus ſuperioris (*e*). —— Secundi ordinis portio prior principio, quod, ut præcedentia ſic & ſubſequentia, cum prin-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 18. Fig. 11. a. — n. Fig. 12. a. — o. Euſtach. Tab. 34. V. Tab. 35. z.

(*) Euſtach. Tab. 35. z. — α. α.

(*b*) Albin. Tab. 18. Fig. 11. a. b. b. c. c. Euſtach. Tab. 34. V. -- α. β.

(*c*) Albin. Tab. 18. Fig. 12. a. b. b. c. c.

(*d*) Id. Tab. 18. Fig. 11. g. h. i.

(*e*) Id. Tab. 18. Fig. 12. g. h. i. i.

principio tendineo portionum, quibus interſertum, conjungitur, oritur a mucrone proceſſus ſuperioris ſcapulæ (*f*); media a proceſſu ſuperiore ſcapulæ (*g*); hæc pertinet ad locum medium inter duo tubera oblonga, quæ os humeri ſtatim ſupra medium longitudinis ſuæ habet, & cohæret in fine cum Brachiali interno (*h*); poſterior a margine inferiore ſuperioris ſcapulæ (*i*). Confluunt portiones omnes, ſeu ad ſe invicem accedunt, & triangularem muſculum formant. Deſinunt primi ordinis portionum prima, & ſecundi ordinis prior ad prius dictorum tuberum oſſis humeri (*k*); primi ordinis portionum ſecunda, & ſecundi ordinis poſterior terminantur ad poſterius dictorum tuberum oſſis humeri oblongorum (*l*), & huic ſe etiam primi ordinis portio quarta inſerit (*m*).

Subjecta huic muſculo circa proceſſum ſuperiorem ſcapulæ burſa inſignis, qualis Iliaco interno cum Pſoa magno.

Os humeri recte attollit in exteriora; oblique autem in priora, ſi pars ejus prior prævaleat; in poſteriora, ſi poſterior.

S U-

(*f*) Albin. Tab. 18. Fig. 11. d. e. f.
(*g*) Id. Tab. 18. Fig. 11. k. l. Fig. 12. k. l.
(*h*) Id. Tab. 18. Fig. 11. m.
(*i*) Id. Tab. 18. Fig. 12. d. e. f.
(*k*) Id. Tab. 18. Fig. 12. a. d. n.
(*l*) Id. Tab. 18. Fig. 12. a. d. m. m.
(*m*) Id. Tab. 18. Fig. 12. g. Euſtach. Tab. 34. V.—γ. Tab. 35. z.—β.

SUPRASPINATUS (a).

Infidens cavo, quod fupra fpinam eft (b), oritur a pofteriore parte dicti cavi, indeque usque ad lunulam, quæ ad radicem proceffus coracoïdei eft (c); abit in tendinem, infertum vertici tuberis inæquabilis majoris capitis fuperioris offis humeri (d), & huic tendini ad poftremum accreta capfa eft, continens humeri articulum. Attollit os humeri in priora, fimulque oblique in exteriora, humerum quoque attrahit ad brachii fumma. Cum autem tendini accreta capfa eft, una cum Infrafpinato, Terete minore, Subfcapulari, quibus eadem pariter adhæret, capfam retrahit, ne remanens corrugaretur.

INFRASPINATUS (a).

Oritur a dorfo fcapulæ fecundum bafem (b), ab inferiore

(a) Albin. Tab. Mufcul. 18. Fig. 16. a. c. Fig. 17. a. c. Euftach. Tab. 37. A. Tab. 38. D.

(b) Albin. Tab. 18. Fig. 16. a.

(c) Id. Tab. 18. Fig. 16. b. b. b. Euftach. Tab. 37. A. — α.

(d) Albin. Tab. 18. Fig. 16. c. d. Fig. 17. a. b. Euftach. Tab. 37. A. — β. Tab. 38. D. — α.

(a) Albin. Tab. Mufcul. 18. Fig. 6. a. — h. Euftach. Tab. 37. B. Tab. 39. u.

(b) Albin. Tab. 18. Fig. 6. a. b. Euftach. Tab. 37. B. — α.

re parte ſpinæ (*c*), ac ſubtus oriri pergit usque ad radicem proceſſus ſuperioris, & infra etiam ex illo ſinu, qui ſecundum oram priorem eandemque inferiorem porrectus. Tendo extus primum incipit apparere (*d*), & ad eum accedunt contrahentis ſeſe muſculi partes carneæ, ſuperior, quæ à ſpina procedit (*e*), inferior, quæ ab angulo inferiore (*f*). Extremum tendineum inſeritur ſuperiori & eidem poſteriori parti tuberis inæquabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri (*g*).

Brachii partem priorem convertit in exteriora.

TERES MINOR (*a*).

Origo huic eſt a margine ſcapulæ & priore & inferiore, & quidem ab ejus exteriore parte tota, ab angulo inferiore ſcapulæ usque ad cervicem (*b*). Secundum oram illam in latus & in priora adſcendit, pertinetque ad inferiorem eandemque poſteriorem partem tuberis inæquabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri, finitimæque inferiori parti cer-

vicis,

(*c*) Albin. Tab. 18. Fig. 6. b. c.
(*d*) Id. Tab. 18. Fig. 6. d. Euſtach. Tab. 37. B. — β.
(*e*) Id. Tab. 18. Fig. 6. e.
(*f*) Id. Tab. 18. Fig. 6. f.
(*g*) Id. Tab. 18. Fig. 6. g. h.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 18. Fig. 13. a. — e. Fig. 14. a. a. b. b. Euſtach. Tab. 37. C.
(*b*) Albin. Tab. 18. Fig. 13. a. a. Fig. 14. a. a. b. b.

vicis, partim tendine (*c*), partim portionibus carneis, altera a parte ſuperiore, altera ab inferiore (*d*).

Eadem hujus, quæ præcedentis, cum quo a principio cohæret, actio.

TERES MAJOR (*a*).

Incipit ab exteriore parte anguli inferioris ſcapulæ, ac finitimæ partis oræ prioris (*b*). Longus, craſſus, teres, ad os humeri adſcendit, extremum tendineum format (*c*), inſertum eminentiæ oblongæ oſſis humeri, quæ eſt aliquantum infra tuber capitis ejus ſuperioris inæquabile minus (*d*). Extremo accreta burſula, inter illud atque humeri os. Cum Latiſſimo, Subſcapulari, Infraſpinato, Terete minore cohæret.

Attollit os humeri pone tergum, idem, extrorſum ſua priore parte converſum, vertit modice in contrarium.

SUB-

(*c*) Albin. Tab. 18. Fig. 13. b. c.

(*d*) Id. Tab. 18. Fig. 13. d. e. Euſtach. Tab. 37. C. — β. δ. γ.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 18. Fig. 9. a. b. b. c. c. Fig. 10. a. a. b. Euſtach. Tab. 36. V. Tab. 37. D.

(*b*) Albin. Tab. 18. Fig. 10. a. a. Euſtach. Tab. 36. V. — α. Tab. 37. D. — α.

(*c*) Albin. Tab. 18. Fig. 10. b. Fig. 9. a. Euſtach. Tab. 38. F. — α.

(*d*) Albin. Tab. 18. Fig. 9. b. b. c. c. Euſtach. Tab. 38. F. — α.

SUBSCAPULARIS (a).

Fasciculorum, è quibus constat, primi ordinis quinque oriuntur ab eminentiis, quæ in cava scapulæ parte juxta basem ejus sunt (b), primus (c), mox infra angulum superiorem, quintus (d) ad radicem anguli inferioris, tres reliqui medio loco; omnes principiis tendineis (e). Quinque fasciculorum secundi ordinis quatuor inferiores (f) interjecti sunt primi ordinis quinque, superior (g) supra eorundem superiorem; oriuntur ab interiore parte scapulæ (h). Ordo tertius adest in intervallis fasciculorum secundi ordinis, subjectus primo. Tres hi ordines ortu suo occupant interiorem amplitudinem scapulæ, a posteriore ejus parte fere usque ad cervicem, & prope totam inferiorem marginis rotunduli oræ prioris ejusdemque inferioris. Omnibus extremum commune, tendineum (i), insertum tuberi inæquabili minori capitis superioris ossis humeri à summo ad imum

(a) Albin. Tab. Muscul. 18. Fig. 15. a.--q. Eustach. Tab. 38. E.
(b) Albin. Tab. 18. Fig. 15. a. b. c. d. e.
(c) Id. Tab. 18. Fig. 15. a.
(d) Id. Tab 18. Fig. 15. e.
(e) Id. Tab. 18. Fig. 15. f. f. f. f. f.
(f) Id. Tab. 18. Fig. 15. h. i. k. l.
(g) Id. Tab. 18. Fig. 15. g.
(h) Id. Tab. 18. Fig. 15. m. m. m. m. m. m.
(i) Id. Tab. 18. Fig. 15. n. n. o.

imum (k). Infra tendineam hancce partem carnea inferitur offi humero infra tuber modo dictum (l).

Os humeri introrfum infigniter vertit, contrario modo atque Infrafpinatus & Teres minor.

REGIO XXIII. HUMERUS.

Humerum occupant Biceps brachii (a), Coraco-brachialis (b), Brachialis internus (c), Triceps brachii, quem Longum (d), Brevem (e), Brachialem externum (f) vocant. Aponeurofes, de quibus in enumeratione mufculorum, præcedenti in Regione fitorum, dictum eft, conjunctæ circa brachium, vaginam efformant, quæ brachium ad cubitum usque circumcirca complectitur, partemque accipit ab inferiore parte tendinis Latiffimi dorfi, itemque a Pectoralis & Serrati antici, qua fecundum axillam decurrunt. Hæc quoque propagines interferit mufculis offi humeri circumpofitis. Procurritque ad cubitum, ubi rurfus por-

(k) Albin. Tab. 18. Fig. 15. p. p.
(l) Id. Tab. 18. Fig. 15. q. Euftach. Tab. 38. E.—α.
(a) Euftach. Tab. 35. T. V.
(b) Id. Tab. 33. num. 36.
(c) Id. Tab. 38. G. Tab. 37. E. E.
(d) Id. Tab. 36. N.
(e) Id. Tab. 36. M.
(f) Id. Tab. 36. W.

portiones accipit a Bicipite brachii, Brachiali interno, tendine Tricipitis brachii.

BICEPS BRACHII (*a*).

Capita habet duo. Alterum brevius principio extrinſecus tendinoſo, cohærente cum Coraco-brachiali (*), oritur a ſuperiore parte extremi proceſſus coracoïdei ſcapulæ (*b*), &, aliquamdiu tendineum, in ventrem abit ſatis craſſum (*c*). Alterum longius tendine ſuo oritur a parte eadem & ſuperiore & exteriore marginis ſinus illius ſcapulæ, cum quo caput humeri commiſſum (*d*), ubi & continuus tendo ille ligamento, quo augetur ora ſinus. Inde decurrit per capſam, quæ articulum dictum complectitur, ſuper caput oſſis humeri (*e*), dein per ſinum, qui eſt inter capitis illius duo tubera inæqualia (*f*), retineturque ligamento tendineo, lato, tenui, ſic ut in quacunque humeri poſitura nunquam elabi ex canali poſſit. Hoc caput pariter in ventrem tranſit

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 3. a.—k. Fig. 4. a. a. Euſtach. Tab. 35. T. V.
(*) Euſtach. Tab. 35. R.
(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. a. b. Euſtach. Tab. 35. V. Tab. 33. n. 31.
(*c*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. c.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 5. d. Euſtach. Tab. 35. T.—α. β.
(*e*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. d.—e. Euſtach. Tab. 35. T.—α.
(*f*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. e.—f. Euſtach. Tab. 35. T.—β.

fit (*g*), amboque in communem confluunt (*h*), qui vertitur in tendinem craffum, longum (*i*). Hic, mox fupra flexum cubiti, aponeurofem vaginæ tendineæ cubiti dat (*k*), ac dein inferitur tuberculi, quod è radio infra cervicem ejus eminet, parti pofteriori, per longitudinem ejus totam (*l*); prior pars lævis eft, ad eam fe tendo, cum prona manus, inflectit, interjectaque burfa tenuis & parva, veftiens ab una parte tuberculum, ab altera tendinem, utrique accreta, ut & finitimæ parti Supinatoris brevis.

Radium, circa ulnam converfum, vertit in contrarium, manum ergo fupinam reddit. Flectit articulum cubiti, cum radius vel juxta ulnam rectus eft, vel circa eam converfus retinetur, ne ab eo convertatur.

CORACO-BRACHIALIS (*a*).

Communis huic ortus cum capite breviore Bicipitis brachii, a proceffu coracoïdeo fcapulæ (*b*); poftquam pars dicti

(*g*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. g. Euftach. Tab. 35. T.
(*h*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. h. Euftach. Tab. 35. T. V. — γ.
(*i*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. i. Euftach. Tab. 35. T. V. — δ.
(*k*) Albin. Tab. 19. Fig. 3. k.
(*l*) Id. Tab. 19. Fig. 4. a. a. Euftach. Tab. 35. T. V. — ε.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 18. Fig. 7. a. — g. Fig. 8. a. b. c. d. Euftach. Tab. 33. n. 36.
(*b*) Albin. Tab. 18. Fig. 7. b. Fig. 8. a. Euftach. Tab. 35. R. Tab. 33. n 31.

dicti Bicipitis Coraco-brachialem reliquit, excurſus tendinoſus per carnem Coraco-brachialis pergit (c). Deſcendit juxta os humeri, ſeſeque inſerit poſteriori parti amplitudinis interioris oſſis humeri, infra mediam illius oſſis longitudinem (d).

Admovet humeri os ad latus corporis rectius, quam Biceps; introrſus converſum vertit ſimul extrorſum. Os humeri ſcapulamque attrahit ad ſe mutuo.

BRACHIALIS INTERNUS (a).

Bicorne principium eſt, quo ab oſſe humeri oritur, ambiens inferiorem partem tuberum, quibus Deltoïdes inſertus (b). Unde porro oritur ab amplitudine oſſis illius, quæ infra tubera illa, inde fere usque ad condylos; ad priorem usque. Senſim intumeſcens ad cubiti articulum pertingit, tum detumeſcit, extrinſecus tendineus fit (c), aponeuroſem, ut Biceps, demittit, ſed tenuiorem, per interiora cubiti deſcendentem, dein ſeſe inſerit interiori parti capitis ſuperioris ulnæ (d).

Fle-

(c) Albin. Tab. 18. Fig. 7. c. d. d. e.
(d) Id. Tab. 18. Fig. 7. g. Euſtach. Tab. 33. n. 36. α.

(a) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 1. a.—f. Fig. 2. a. b. b. c. c. Euſtach. Tab. 38. G. Tab. 37. E. E.
(b) Albin. Tab. 19. Fig. 1. a. b. cornu prius Fig. 2. a. b. b. cornu poſterius Fig. 1. c. c. c. Euſtach. Tab. 38. G.—α. α.
(c) Albin. Tab. 19. Fig. 1. e.
(d) Id. Tab. 19. Fig. 1. f.

Flectit cubitum, movendo ulnam, aut &, firmata ea quantum satis, humeri os.

TRICEPS BRACHII.

Distinguunt hunc in Longum, Brevem, & Brachialem externum.

Longus (*a*) tendine suo oritur ab imo cervicis scapulæ, finitimæque partis oræ, quæ infra cervicem est (*b*). Brevis (*c*) procedit ab exteriore parte ossis humeri, à radice cervicis caput superius sustinentis, per longitudinem humeri; primo leniter incurvo ductu usque ad posteriorem partem finis Deltoïdis, dein secundum eum, secundumque posteriorem partem cornu prioris Brachialis interni, ipsiusque deinde Brachialis, usque ad humeri marginem priorem (*d*), relictoque in medio longitudinis humeri intervallo (*e*), per quod insignis nervus cum arteria & vena procedit, rursus deinde aliquamdiu secundum marginem eundem. Brachialis externus (*f*) incipit ab exteriore parte ossis hu-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 6. e. f. g. h. Eustach. Tab. 36. N.

(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 6. e. f. g. Eustach. Tab. 36. N. — α.

(*c*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 6. a. b. c. c. c. d. Fig. 5. l. m. Eustach. Tab. 36. M.

(*d*) Albin. Tab. 19. Fig. 6. c. c. c. Eustach. Tab. 36. M. — α.

(*e*) Albin. Tab. 19. Fig. 5. n.

(*f*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 5. c. d. e. e. f. f. Eustach. Tab. 36. W.

humeri, summo quidem initio suo juxta inferiorem partem illius, cui Teres major insertus; inde hoc margine suo priore, obliquo ductu usque ad marginem priorem humeri, post a margine illo usque ad radicem condyli; porroque ab exteriore parte radicis illius, per altitudinem ejus totam (*g*). Initio suo occupat amplitudinem ossis, quæ priore ortus margine, & posteriore (*h*), ubi a margine ossis humeri etiam procedit, continetur. Tres hi tendinem communem (*i*) formant, in quem Brevis jam cito transit, & juxta Longum, quam alibi, citius; eique se Longi fibræ carneæ continua per longitudinem serie adjungunt, & inferiore quoque parte extrinsecus tendinea pars, quam Longus efficit (*k*). Ab interiore parte Longus tendinem latum a parte Brevis efficit, & ad eum Brevis fibræ, ut extrinsecus Longi ad Brevem, accedunt. Adjungit etiam partem tendineam tendini communi Brachialis internus (*l*), qui etiam sua se carne partim jungit carni Brevis & Longi, partim tendinibus eorum. Emittit hic Brachialis externus partem tendineam, ad condylum humeri majorem pertinentem

(*g*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 7. d. e. f. f. f. g. Eustach. Tab. 36. W.—*a*.

(*h*) Albin. Tab. 19. Fig. 5. e. e.

(*i*) Id. Tab. 19. Fig. 6. k. Fig. 7. l.

(*k*) Id. Tab. 19. Fig. 6. l.

(*l*) Id. Tab. 19. Fig. 6. m. Fig. 7. n.

tem (*m*). Tendo communis inſeritur præcipue exteriori parti verticis olecrani (*n*), mucro ejus tenuior deſinit ad priorem partem olecrani, & ad ſpinam, quæ continuo ab ea ex ulna eminet (*o*).

Cubitum extendit Triceps, movens ulnam, eaque ſatis firmata os humeri. Longus brachium ad corporis latus, modiceque ad tergum, trahit.

REGIO XXIV. CUBITUS.

In cubito dantur Supinator longus (*a*), Radialis externus longior (*b*), Radialis externus brevior (*c*), Extenſor communis digitorum manus (*d*), Extenſor proprius digiti minimi manus (*e*), Ulnaris externus (*f*), Anconeus (*g*), Supinator brevis (*h*), Abductor longus pollicis manus (*i*), Extenſor minor pollicis manus (*k*), Ex-

(*m*) Albin. Tab. 19. Fig. 6. n. o. Fig. 5. i. k.

(*n*) Id. Tab. 19. Fig. 6. p. q. Fig. 7. o. o. Euſtach. Tab. 36. M. N. — δ.

(*o*) Albin. Tab. 19. Fig. 6. r. Euſtach. Tab. 36. M. N. — ε.

(*a*) Euſtach. Tab. 35. W. Tab. 28. n. 30.

(*b*) Id. Tab. 36. Z. Tab. 33. n. 52.

(*c*) Id. Tab. 37. F.

(*d*) Id. Tab. 29. n. 28. Tab. 34. W. X. Y.

(*e*) Id. Tab. 29. n. 27. Tab. 34. a.

(*f*) Id. Tab. 29. n. 26. Tab. 34. Z.

(*g*) Id. Tab. 37. G.

(*h*) Id. Tab. 39. Fig. 1. w. dextr. & w. w. ſin.

(*i*) Id. Tab. 36. O. Tab. 29. n. 32. Tab. 33. n. 59.

(*k*) Id. Tab. 36. P. Tab. 29. n. 35. Tab. 33. n. 60.

Extenſor major pollicis manus (*l*), Indicator (*m*), Ulnaris internus (*n*), Palmaris longus (*o*), Radialis internus (*p*), Pronator teres (*q*), Sublimis (*r*), Profundus (*s*), Flexor longus pollicis manus (*t*), Pronator quadratus (*u*).

Quæ muſculos, oſſi humeri circumpoſitos, complectitur, & propagines illis interſerit, vagina, acceptis portionibus a Bicipite brachii, Brachiali interno, tendine Tricipitis brachii, ad cubitum procurrens, veſtit in illo vaginam tendineam, quam producit commune caput, quod a condylo priore oſſis humeri oritur, atque originem præbet Radiali externo breviori, Extenſori communi digitorum manus, Extenſori proprio auricularis, Ulnari externo, quæque vagina, tendinea, craſſa, conſtat e faſciculis tendineis deſcendentibus inſignibus, præterea tenſa arcte complectitur muſculos, qui in exteriore cubiti parte, a Radiali externo breviore, usque ad poſteriora ulnæ, donec ſpinæ ejus illi, quæ infra olecranon porrecta, adhæreat, & muſculis, ſe-

(*l*) Albin. Tab. 34. q. Tab. 29. n. 36.
(*m*) Id. Tab. 34. r. Tab. 29. n. 37.
(*n*) Id. Tab. 35. Θ. Tab. 37. H. Tab. 57. H. Tab. 30. Ψ.
(*o*) Id. Tab. 35. Δ.
(*p*) Id. Tab. 35. Γ.
(*q*) Id. Tab. 32. n. 29. Tab. 33. n. 51.
(*r*) Id. Tab. 33. n. 53.
(*s*) Id. Tab. 38. L.
(*t*) Id. Tab. 38. K. Tab. 33. n. 55.
(*u*) Id. Tab. 38. V.

ſepimentorum inſtar, propagines interſerit. Veſtit præterea ſupra dicta, muſculos oſſi humeri circumpoſitos complectens, vagina etiam illam, quam producit caput commune, a condylo poſteriore oſſis humeri enascens, & originem præbens Ulnari interno, Palmari longo, Radiali interno, Pronatori tereti, Sublimi; hæc aponeuroſis muſculos cubiti extrinſecus obducit, & portiones inter muſculos dimittit, craſſa eſt, ſenſimque dum deſcendit, ſe dilatat. Ad eam accedit alia, quæ a poſteriore parte olecrani, & poſtea a ſpina ulnæ procedit, ſic ut ex duabus his fiat una vagina, quæ ad inferiora cubiti deſcendens muſculos continet (v). Veſtit denique muſculos, qui inter fines duarum illarum vaginarum in interiore parte cubiti nudi ab iis ſunt, atque ibi tenues propagines eis interſerit.

SUPINATOR LONGUS (a).

Oritur principio tendineo ab inferiore parte marginis prioris oſſis humeri, mox ſupra ortum Radialis externi longioris (b), juxta cubitum deſcendit, in media fere ejus longitudine abit in tendinem, ab ea parte, qua adjacet Radiali ex-

(v) Conf. de his aponeuroſibus Albin. Hiſt. Muſcul. Lib. 3. pag. 449. 469.

(a) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 16. a.—g. Euſtach. Tab. 35. W. Tab. 28. n. 30.

(b) Albin. Tab. 19. Fig. 16. a. b. c. d. d.

externo, citius incipientem, & insertum priori parti capitis inferioris radii, ad principium illius sinus, per quem se a cubito ad manum demittunt tendines pollicis Abductoris longi, & Extensoris minoris (c).

Radium circa ulnam in utramque partem convertit, sicque manum non modo ex prona facit supinam, sed ex supina pronam. Flectit quoque articulum cubiti, quem praeterit.

RADIALIS EXTERNUS LONGIOR (a).

Oritur a margine priore ossis humeri, & a condylo priore (b), conjungit se, communemque ortum habet cum Extensore communi digitorum manus, & Ulnari externo (c). Per cubitum descendit ad dorsum manus per priorem partem sinus secundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum, & retinetur ligamento armillari exteriore (d). Tendo, in quem abit, inseritur parti & exteriori & priori radicis capitis superioris ossis metacarpi indicis (e).

Car-

(c) Albin. Tab. 19. Fig. 16. f. g. Eustach. Tab. 35. W. — α. β.

(a) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 13. a. — g. Fig. 14. a. — h. Eustach. Tab. 36. Z. Tab. 33. n. 52.

(b) Albin. Tab. 19. Fig. 13. a. a b. Fig. 14. a.

(c) Id. Tab. 5. C. in cubito. Tab. 19. Fig. 13. c.

(d) Id. Tab. 19. Fig. 13. æ. Fig. 14. h. Tab. 5. n. 16. in manu dextra. Tab. 9. ζ. in manu sinistra. Tab. 1. e. in brachio sinistro.

(e) Id. Tab. 19. Fig. 13. e. f. Fig. 14. f. g. Eustach. Tab. 36. Z. — γ.

Carpum extrorſum, ſimulque oblique in priora flectit; cubitum quoque flectit, præſertim ſi is non ſit, quantum poteſt, extenſus.

RADIALIS EXTERNUS BREVIOR (a).

Incipit a condylo priore oſſis humeri, communi capite tendineo cum Extenſore digitorum communi, auricularis proprio, Ulnari externo (b). Ita autem muſculi illi a principio cohærent, ut aut dici poſſint communi tendine ab oſſe humeri oriri, qui deinde propagines, ſepimentorum inſtar, iis interferat, a quibus fibræ eorum porro procedant, quorumque cohæreant interventu: aut propagines illæ alterutri duorum, quibus interſertæ ſunt, muſculorum accenſeri, & pro tendinoſo principii excurſu haberi, a quo alterius fibræ procedant. Quamvis ad ſingulos potius pars & principii tendinei communis, & ſepimenti pertineat, ſed quæ partes ita ſtricte connexæ & conjunctæ ſunt inter ſe, ut commune omnibus tendineum principium, communesque ejus propagines, quibus duo quique inter ſe proximi conjuncti ſint, & referant, & ſint.

Sic

(a) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 11. l.—r. Fig. 12. a.—e. Euſtach. Tab. 37. F.

(b) Albin. Tab. 19. Fig. 11. l. m. n. n. Fig. 12. a. Conf. Hiſt. Muſcul. Lib. 3. pag. 449. Euſtach. Tab. 37. F.—α.

Sic ortus per cubitum descendit ad dorsum manus per posteriorem partem sinus secundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum, retineturque ligamento armillari exteriore (c). Tendo, in quem abit, inseritur præcipue priori, eidemque exteriori, parti radicis capitis superioris ossis metacarpi digiti medii; itemque proximo capiti superiori metacarpi indicis (d). Tendo a principio diu excurrit per musculum: pars interior tendinosa est (e).

Manum flectit, magis in exteriora, quam longior; in priora minus.

EXTENSOR COMMUNIS DIGITORUM MANUS (a).

Oritur ab extremo condylo priore ossis humeri, capite communi, in præcedentis musculi descriptione exposito (b). Caro, inde nata, modice intumescit, dein findit se in tres portiones graciles (c), in gracilem tendinem abeuntes (d), qui

(c) Albin. Tab. 19. Fig. 11. r. Fig. 12. d. Tab. 5. n. 16. in manu dextra. Tab. 9. ζ. in manu sinistra. Tab. 1. e. in brachio sinistro.

(d) Id. Tab. 19. Fig. 11. p.q. Fig. 12. b.c.

(e) Id. Tab. 19. Fig. 11. n. n. o.

(a) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 1. a. —z. Eustach. Tab. 29. n. 28. Tab. 34. W. X. Y.

(b) Albin. Tab. 20. Fig. 1. a. b. c.

(c) Id. Tab. 20. Fig. 1. f. g. i. l.

(d) Id. Tab. 20. Fig. 1. g. i. k. m. n.

qui per finum tertium capitis inferioris radii, qui eſt exteriorum poſterior, procedunt, ubi ligamento armillari exteriori retinentur (e), & ad indicem, medium, atque annularem pertinent. Qui ad indicem pertinet (f), cum Indicatoris tendine (g), tendinem communem format (h), per indicem incedit, conjunctus cum tendinibus & aponeurofibus Interoſſei poſterioris indicis (i) & Lumbricalis primi (k), dein ab iis relictus (l) extremo ſuo inſeritur tuberculo oblongo transverſoque, quod in ſuperiore capite oſſis ordinis ſecundi, a parte externa (m). Tendo, ad digitum medium pertinens (n), qua per manum incedit, inciſuram (o) habet, qua per digitum, conjungitur cum tendine, Interoſſeo priori digiti medii cum Lumbricali ſecundo communi (p), & cum tendine Interoſſei poſterioris digiti medii (q), dein ab iis relictus eodem modo, ac tendo in-

di-

(e) Albin. Tab. 5. n. 16. in manu dextra, Tab. 1. e. in brachio ſiniſtro. Tab. 9. ζ. in manu ſiniſtra.

(f) Id. Tab. 20. Fig. 1. f. g.

(g) Id. Tab. 20. Fig. 1. V.

(h) Id. Tab. 20. Fig. 1. h.

(i) Id. Tab. 20. Fig. 1. ✠. ξ.

(k) Id. Tab. 20. Fig. 1. φ. ν.

(l) Id. Tab. 20. Fig. 1. λ.

(m) Id. Tab. 20. Fig. 1. μ.

(n) Id. Tab. 20. Fig. 1. i.

(o) Id. Tab. 20. Fig. 1. k.

(p) Id. Tab. 20. Fig. 1. C. ο.

(q) Id. Tab. 20. Fig. 1. E. π.

dicis, desinit (*r*). Qui ad annularem pertinet tendo (*s*), in progressu suo per dorsum manus incisuram (*t*) habet; ejus ramus quandoque adjungit se tendini digiti medii (*u*), alius ramus (*v*) se findit in duos, quorum alter, non tamen semper inventus, adjungit se tendini Auricularis (*w*); alter (*x*) rursus in duos se dividit, alteroque (*y*) pariter accedit ad tendinem auricularis (*z*), immo potius ad tendinem (*a*), cum tendine auricularis conjunctum; altero (*b*) ad truncum tendinis annularis (*c*): abscedit porro a tendine annularis (*d*), accedens ad tendinem auricularis (*e*), seu potius ad tendinem (*f*), qui cum tendine auricularis conjungitur. Qua per digitum suum incedit tendo annularis (*g*) conjungitur cum tendine, Interosseo prio-

ri

(*r*) Albin. Tab. 20. Fig. 1. ι. λ. μ.
(*s*) Id. Tab. 20. Fig. 1. l. m.
(*t*) Id. Tab. 20. Fig. 1. n.
(*u*) Id. Tab. 20. Fig. 1. o.
(*v*) Id. Tab. 20. Fig. 1. p.
(*w*) Id. Tab. 20. Fig. 1. q. ε.
(*x*) Id. Tab. 20. Fig. 1. r.
(*y*) Id. Tab. 20. Fig. 1. s.
(*z*) Id. Tab. 20. Fig. 1. ι. ζ.
(*a*) Id. Tab. 20. Fig. 1. q.
(*b*) Id. Tab. 20. Fig. 1. t.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 1. m. n.
(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 1. u. n.
(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 1. ι. ζ.
(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 1. q.
(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 1. θ.

ri annularis cum Lumbricali tertio communi (*h*), & cum tendine Interoffei pofterioris digiti annularis (*i*), dein, ab iis relictus eodem modo, ut tendines indicis & medii, definit (*k*).

Truncus tendinis, ad annularem pertinentis (*l*), cum tendine auricularis (*m*) conjungitur ad initia digitorum, portione tendinea (*n*), & infra hanc aponeurofi (*o*). Praeterea truncus tendinis, ad annularem pertinentis, conjungitur cum tendine medii (*p*) juxta digitorum radices, portione tendinea (*q*). Inter tendinem denique medii, & tendinem indicis (*r*) aponeurofis (*s*) datur, quae eosdem juxta digitorum initia conjungit inter fe.

Extendit offa digitorum fecundi ordinis, illa etiam primi, ac dein in exteriora flectit. Cum totus agit, diducit digitos. Carpum, ni obfirmetur, in exteriorem partem flectit.

EX-

(*h*) Albin. Tab. 20. Fig. 1. I. ϱ.
(*i*) Id. Tab. 20. Fig. 1. L. σ.
(*k*) Id. Tab. 20. Fig. 1. θ. λ. μ.
(*l*) Id. Tab. 20. Fig. 1. m. n.
(*m*) Id. Tab. 20. Fig. 1. ε. ζ.
(*n*) Id. Tab. 20. Fig. 1. v.
(*o*) Id. Tab. 20. Fig. 1. w.
(*p*) Id. Tab. 20. Fig. 1. i.
(*q*) Id. Tab. 20. Fig. 1. x.
(*r*) Id. Tab. 20. Fig. 1. g.
(*s*) Id. Tab. 20. Fig. 1. z. Conf. Hift. Mufcul. Icon. 4.

EXTENSOR PROPRIUS AURICULARIS (a).

Communi cum præcedenti capite producitur ab extremo condylo priore offis humeri (*b*), defcendit, tendinemque format, quem fubjicit ligamento armillari exteriori (*c*), qui fub eo per fingularem, fibique proprium, canalem, ubi cum ulna radius commiffus, fe demittit; qua per dorfum manus decurrit, leviter fiffus eft (*d*); qua per digitum, conjungitur cum tendine, qui Interoffeo priori auricularis & Lumbricali quarto communis eft (*e*), ac cum tendine communi Abductoris Flexorisque parvi digiti auricularis (*f*); ab iis porro recedens definit (*g*), ut tendines Extenforis communis digitorum, cum quorum ultimo, ut dictum, in dorfo manus, cohæret. Præftat eadem auriculari, quæ Extenfor communis reliquis digitis.

U L-

(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 20. Fig. 1. α. ζ. Euftach. Tab. 29. n. 27. Tab. 34. a.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 1. β.

(*c*) Id. Tab. 5. n. 16. in manu dextra. Tab. 1. e. in brachio finiftro. Tab. 9. ζ. in manu finiftra.

(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 1. ζ. Euftach. Tab. 29. n. 27.

(*e*) Albin. Tab. 20. Fig. 1. τ. P. Hift. Mufcul. Icon. 4. b. t.

(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 1. υ. R. Hift. Mufcul. Icon. 4. w.

(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 1. η. λ. μ. Hift. Mufcul. Icon. 4. z. in digito minimo.

ULNARIS EXTERNUS (*a*).

Incipit principio tendineo, quod pariter ad commune caput, ſupra dictum, pertinet, ab exteriore parte condyli prioris oſſis humeri (*b*). Pars præterea tenuis, ſatisque lata, ſe circa mediam ulnæ longitudinem, infra finem Anconei, à margine ulnæ eodem & priore & exteriore ad hunc muſculum demittit. Præterea oritur a vagina tendinea, quæ, poſt integumenta communia, complectitur muſculos, qui in exteriore cubiti parte ſiti ſunt (*c*). Ubi ulnæ longitudinis medium ſuperavit, ab exteriore parte migrat in tendinem (*d*), qui procedit per ſinum eundem & priorem & exteriorem extremæ ulnæ (*e*), ibique retinetur ligamento (*f*), ac dein inſeritur ſuperiori parti eminentiæ, quæ ad poſticam partem capitis ſuperioris oſſis metacarpi manus quarti eſt (*g*).

Flectit carpum in poſteriorem, & aliquantum in exteriorem, partem, in quam idcirco manum attollit. Manum ex

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 15. a.—g. Euſtach. Tab. 29. n. 26. Tab. 34. Z.

(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 15. a.—b.

(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 15. c.

(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 15. e. Euſtach. Tab. 34. Z.—β.

(*e*) Albin. Tab. 19. Fig. 15. f.

(*f*) Id. Tab. 5. n. 14. 15. 17. in manu dextra, quod & in manu ſiniſtra γ. α. Tab. 9. ζ. in manu ſiniſtra.

(*g*) Id. Tab. 19. Fig. 15. g. Euſtach. Tab. 34. Z.—γ.

ex ſupina cogit aliquantum in pronum, ex prona in ſupinum.

ANCONEUS (*a*).

Oritur tendine anguſto, ſatis craſſo, ab exteriore & eadem inferiore parte condyli minoris humeri (*b*), pergit ad ulnam, & inſeritur priori parti olecrani, ſtatim infra Brachialem externum; porroque margini exteriori ulnæ infra modo dictam olecrani partem (*c*).

Cubitum extendit.

SUPINATOR BREVIS (*a*).

Mox infra ortum capitis tendinei communis modo dicti, oritur a parte inferiore extremi condyli prioris humeri (*b*); ab exteriore parte capſæ articulum radii cum humero & ulna continentis (*c*); ab eminentia, quæ in priore parte ulnæ infra ſinum ejus, cum quo radii caput commiſſum, incipiens, deorſum aliquantum exporrecta (*d*). Tendit in priora

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 8. a. b. c. c. Euſtach. Tab. 37. G.
(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 8. a. b. Euſtach. Tab. 37. G. — α.
(*c*) Albin. Tab. 19. Fig. 8. c. c. Euſtach. Tab. 37. G. — γ. γ.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 17. a. — g. Fig. 18. a. — e. Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. w. dextr. & w. w. ſin.
(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 17. a. b.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 17. c. c. d. e.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 17. e. f. Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. w. -- α. α.

ra deorſum, recta primum petens radium, &, cum eum attigit, ſe circum eum flectit, imprimis ſuperiore parte ſua, qua ſe ei lunato ductu inferit, juxta ſuperiora eminentiæ radii, cui infertus Biceps brachii (*e*), porro ſecundum ambitum tuberculi, quod eſt proxime ante dictam eminentiam, a ſuperiore parte ejus per priorem ad inferiorem (*f*); poſt fere usque ad mediam radii longitudinem, per internam radii partem oblique in priorem, perque hanc in exteriorem (*g*).

Radium circa ulnam converſum, in contrarium vertit; quo ſimul manum pronam reddit ſupinam.

ABDUCTOR LONGUS POLLICIS MANUS (*a*).

Procedit ab ulnæ ſpina, ſtatim ſupra ulnæ medium, ab exteriore parte, juxta inferiorem partem Supinatoris brevis (*b*), a radii amplitudine exteriore, juxta inferiorem partem ejusdem Supinatoris, è regione ortus ab ulna (*c*), & ſubtus quoque a parte exteriore ligamenti, quod

(*e*) Albin. Tab. 19. Fig. 18. b. Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. w. -- γ. γ.
(*f*) Albin. Tab. 19. Fig. 18. c. c. c.
(*g*) Id. Tab. 19. Fig. 18. d. d.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 18. a. — h. Fig. 19. a. — f. Euſtach. Tab. 36. O. Tab. 29. n. 32. Tab. 33. n. 59.
(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 18. a. a. b. b. Euſtach. Tab. 36. O. -- α. α.
(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 18. d e. e.

quod inter ulnam radiumque interjectum intermedium, inter duas ab offibus origines media. Defcendit, circum radium fe flectit (*). Pars fuperior abit in tendinem (*d*), cujus pars inferta internæ parti offis multanguli majoris, juxta pollicem (*e*), portio accedit ad Abductorem brevem (*f*). Pars inferior pariter in tendinem abit (*g*), infertum tuberculo, quod eft in priore & eadem interna parte capitis fuperioris offis metacarpi pollicis, fupra marginem ejus internum (*h*). Delabuntur autem, ut loca illa attingere poffent, tendines per finum priorem capitis inferioris radii, fub ligamento (*i*).

Pollicem, fi metacarpus ejus in volam flexus fuerit, à manu in priora fimul & interiora abducit. Si pergat, metacarpum flectit rectius in priora, poft in priora extrorfum.

EXTENSOR MINOR POLLICIS MANUS (*a*).

Incipit mox infra præcedentem ab exteriore parte fpinæ ul-

(*) Euftach. Tab. 29. m. 32. Tab. 33. n. 59.
(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 18. g. Fig. 19. b. c.
(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 19. d.
(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 19. e. Fig. 16. e.
(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 18. h. Fig. 19. f. g.
(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 19. h.
(*i*) Id. Tab. 5. n. 20. in manu dextra. Tab. 9. *n*. in manu finiftra. Tab. 1. *v*. in brachio.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 20. Fig. 23. a. — f. Euftach. Tab. 36. P. Tab. 29. n. 35. Tab. 33. n. 60.

ulnæ, cui adnexum ligamentum, quod inter cubiti offa intercedit (*b*), infraque illam originem à modo dicto ligamento; accedit ad finum priorem capitis inferioris radii (*c*), fub ligamento quodam (*d*). Tendo (*e*), in quem abit, ex interiore carnis parte primum exoritur, a pofteriore dein & ab exteriore carnem accipiens, forma pennata. Hujus extremum fe dilatat, extenuat, & cum interiore margine tendinis Extenforis majoris fe conjungit (*f*). Extremum autem commune inferitur tuberculo oblongo & transverfo, è priore eademque fuperiore parte pollicis offis ultimi eminenti (*g*).

Extendit utrumque os pollicis, flectitque in priora. Solummodo agit in primum os, quando ad id pertinet.

EXTENSOR MAJOR POLLICIS MANUS (*a*).

Hujus ortus eft ab exteriore parte ulnæ, fere in medio longitudinis ejus, & infra quoque a ligamento, quod ab ulna

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 23. a. b. Euftach. Tab. 36. P. — α. α.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 23. c.
(*d*) Id. Tab. 5. n. 20. in manu dextra. Tab. 1. *υ*. in brachio. Tab. 9. *π*. in manu finiftra.
(*e*) Euftach. Tab. 33. n. 60.
(*f*) Albin. Tab. 20. Fig. 23. e. Euftach. Tab. 33. n. 60. — 65.
(*g*) Albin. Tab. 20. Fig 23. f.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 20. Fig. 22. a. — f. Euftach. Tab. 34. q. Tab. 29. n. 36.

ulna ad radium deductum (*b*). Cum modice defcendit, in tendinem fatis craffum (*c*) abit, qui, accedentibus ad eundem per longitudinem fibris, ut ad pennam plumæ, increscit, ac decurrit per eum parvum radii finum, qui eft mox pone illum, per quem Radialium externorum tendines tranfeunt, fub carpi ligamento armillari exteriore (*d*), pergit, ad dorfum pollicis fe flectit, cum tendine Extenforis minoris pollicis fe conjungit (*e*), & extremo communi definit ad tuberculum oblongum & transverfum, è priore eademque fuperiore parte pollicis ultimi offis eminenti (*f*). Adjungit fe tendini communi Extenforum pollicis aponeurofis (*g*), cujus pars ambit capfam articuli pollicis cum metacarpo fuo, innexa capfæ illi; pars procedit à cauda pofteriore Flexoris brevis pollicis (*h*). Ab altero latere accipit aponeurofem ab Abductore brevi pollicis (*i*). Extendit, & in priora flectit ultimum os pollicis, primum quoque.

I N-

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 22. a. a. b. Euftach. Tab. 34. q. — α.

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 22. d. Euftach. Tab. 34. q. — β.

(*d*) Id. Tab. 5. n. 16. in manu dextra.

(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 22. e. Fig. 23. c. Hift. Mufcul. Icon. 4. I. Euftach. Tab. 34. r. Tab. 33. n. 68.

(*f*) Albin. Tab. 20. Fig. 22. f. g. Fig. 23. e. f. Hift. Mufcul. Icon. 4. K. Euftach. Tab. 34. r. α.

(*g*) Albin. Tab. 20. Fig. 22. h. Fig. 23. g Hift. Mufcul. Icon. 4. L.

(*h*) Albin. Tab. 6. n. 4. 5. in manu dextra. Hift. Mufcul. Icon. 4. M. Euftach. Tab. 33. n. 66.

(*i*) Id. Tab. 20. Fig. 16. d. Hift. Mufcul. Icon. 1. k.

INDICATOR (*a*).

Oritur juxta posteriorem partem Extensoris majoris pollicis ab exteriore parte spinæ ulnæ, circa mediam ulnæ longitudinem incipiens; post & infra Extensoris modo dicti ab ulna ortum; a ligamento, cubiti ossibus interjecto, juxta ulnam (*b*). Tendo ejus cum Extensore digitorum communi sub ligamento manus armillari exteriore (*c*), per communem cum Extensore illo sinum decurrit; comes tendini ejus, indicem petenti (*d*), cum eo se conjungit, efficitque communem tendinem (*e*), qui ad os secundi ordinis pertinet.

Extendit indicis os primum, secundum, tertium; primum in exteriora quoque flectit, & simul etiam modice retrorsum, medium digitum versus.

ULNARIS INTERNUS (*a*).

Ut a condylo priore humeri varii musculi communi principio

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 12. a. — f. Eustach. Tab. 34. r. Tab. 39. n. 37.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 12. a. b. b. Eustach. Tab. 34. r. — α.

(*c*) Albin. Tab. 5. n. 16. in manu dextra. Eustach. Tab. 34. r. -- β.

(*d*) Eustach. Tab. 39. n. 37. 37.

(*e*) Albin. Tab. 20. Fig. 12. d. e. f. Fig. 1. V. h. κ. λ. μ. ν. ξ.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 10. 11. a. — h. Eustach. Tab. 35. Θ. Tab. 37. H. Tab. 30. Ψ.

cipio oriuntur, ſic a condylo poſteriore Ulnaris internus, Palmaris longus, Radialis internus, Sublimis, communi capite tendineo incipiunt, cum quo Pronatoris teretis principium cohæret. Caputque illud propagines, ſepimentorum inſtar, demittit inter eos, quibus illi propaginibus a principio cohæreant, ſive potius, quarum partes ad ſingulos pertineant. Cohærentque omnes cum vagina tendinea cubiti.

Oritur ergo Ulnaris internus ex dicto capite a condylo poſteriore humeri (*b*); a poſteriore margine olecrani, non multum infra finem tendinis Tricipitis brachii (*c*). Continuatio quædam principii hujus abſcedit a vagina tendinea cubiti (*d*), ſeu potius principio tendineo tenui, cum vagina illa conjuncto in unum, oritur cum ea, ab ulnæ ſpina, quæ continuo ab olecrani poſteriore parte eminet (*e*). Tendo, in quem abit, inſeritur gibbæ parti oſſis ſubrotundi carpi, qua parte illud maxime in interiora eminet (*f*).

Manum flectit, introrſum ac ſimul oblique retrorſum attollit.

PAL-

(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 10. a. b. Fig. 11. a. b.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 11. c. Fig. 10. d.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig. 10. e. e. f. f. g.
(*e*) Id. Tab. 19. Fig. 11. d. d. e. e. k. k.
(*f*) Id. Tab. 19. Fig. 10. h. i. Fig. 11. h. Euſtach. Tab. 35. ϴ. — β. γ.

PALMARIS LONGUS (*a*).

Principium hujus tendineum oritur ab extrema interiore parte condyli poſterioris oſſis humeri (*b*), quod principium deinde per eum excurrit (*c*); pertinetque ad caput tendineum commune, quo cum aliis ab hoc condylo oritur. Abit mox in ventrem tumidulum, dein in tendinem (*d*) longum, planum, tenuem, qui deſcendit ad medium volæ initium, ligamento carpi accreſcit; poſt per volam procedit, & in aponeuroſem (*e*) dilateſcit, partem accipientem a ligamento carpi interiore. Ea aponeuroſis primum leviter diſtinguitur in quatuor portiones (*f*), ad digitos procedentes, deinde magis, ut non niſi filis tendineis transverſis (*g*) cohæreant. Portio quæque, ad digitum pertinens, abit in extrema bicornia (*h*); eaque, Sublimis & Profundi tendinem ambientia, ſe adnectunt ligamento transverſo, quod eſt ad radices digitorum, cujusque tum illam partem, quæ inter duo

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 26. a. — o. Euſtach. Tab. 35. Δ.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. a. b.

(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 26. c.

(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 26. d. Euſtach. Tab. 35. Δ. — β.

(*e*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. e. Euſtach. Tab. 35. Δ. — γ.

(*f*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. f. g. h. i. Euſtach. Tab. 25. Δ. -- δ. ε. ζ. η.

(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 26. k. k. k.

(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 26. l. l., l. l., l. l., l. l. Euſtach. Tab. 32. n. 47.

duo cujusque portionis cornua (*i*), tum illam, quæ inter cornua duarum inter ſe proximarum portionum (*k*), veſtit. Et ad ſuperiorem quoque ejus ligamenti partem exigua ſe portione affigunt mediæ latitudini partis internæ oſſium metacarpi. In principio volæ abſcedit aponeuroſis ad principium Abductoris brevis pollicis (*l*). Sæpe ventre ac tendine Palmaris caret (*m*), ſolaque tum adeſt aponeuroſis (*n*).

Cutem volæ leniter contrahit, percutit. Carpum flectit in partem internam.

RADIALIS INTERNUS (*a*).

Oritur communi ſupradicto principio ab extremo condyli poſterioris oſſis humeri (*b*); quandoque una cum Sublimi etiam a radio. Per cubitum oblique deſcendit. Tendo, in quem abit (*c*), tranſit per ſingularem canalem membranaceum, qui eſt ad priorem partem ligamenti, quo tendines a cubito ad manum decurrentes ab interiore carpi parte ob-

(*i*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. m. m. m. m.
(*k*) Id. Tab. 20. Fig. 26. n. n. n.
(*l*) Euſtach. Tab. 35. Δ. — θ.
(*m*) Euſtach. Tab. 30. in brachio dextro.
(*n*) Id. Tab. 30. n. 12.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 19. Fig. 9. a b. c. d. e. Euſt. Tab. 35. Γ.
(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 9. a. b.
(*c*) Id. Tab. 19. Fig. 9. c. Euſtach. Tab. 35. Γ. — β.

obducti (*d*); dein per finum oblongum, qui eft in interna parte offis multanguli majoris (*e*), & ad poftremum inferitur mediæ internæ eidemque fuperiori parti capitis primi metacarpi indicis (*f*).

Flectit carpum, convertit radium cum manu. Manum retrorfum flexam, retento interim radio, primo modicum attollit in priora introrfum, deinde in internam partem fere recta; poft introrfum in pofteriora furgere facit; radio libero, eum fimul convertit per priora introrfum, cum eoque manum in pronum.

PRONATOR TERES (*a*).

Oritur ab interiore & eadem fuperiore parte condyli pofterioris osfis humeri (*b*), proxime ante caput tendineum commune, partim a fepimento, quod inter eum & Radialem internum, partim a parte tendinea, quæ per exteriora Sublimis decurrit. Defcendit obliquius, petitque radium. Tendinem circa medium longitudinis incipit efficere

(*d*) Albin. Tab. 1. Ω. W. in manu dextra. Tab. 2. p. in manu dextra. Tab. 3. S. in manu dextra. Hift. Mufcul. Icon. 1. 2. B.

(*e*) Id. Tab. 19. Fig. 9. d.

(*f*) Id. Tab. 19. Fig. 9. e.

(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 19. Fig. 19. a. a. b. c. Fig. 20. a. b. b. Euftach. Tab. 32. n. 29. Tab. 33. n. 51.

(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 19. a. a.

cere (*c*), qui in latam tenuitatem desinit, insertam superficiei inæquabili, quæ ejus caussa in media gibba parte radii est (*d*).

Convertit radium circum ulnam, unde radium sequens manus prona fit. Radio sic converso, aut, ne convertatur, retento, cubitum flectere potest, præsertim si is jam modice sit flexus.

SUBLIMIS (*a*).

Praeterquam quod cum capite communi, jam descripto, cohæreat, oritur ab interiore parte condyli majoris humeri, principio tendineo, a dicto capite separato (*b*); a ligamento, quod ab inferiore parte condyli posterioris humeri ad posticam capitis superioris ulnæ, juxta imam sinus ejus lunati, pertinet (*c*); a priore parte ulnæ eminentiæ, cui Brachialis internus insertus, juxta finem Brachialis illius (*d*); capite amplo & tenui ab interna parte longitudinis fere mediæ radii, juxta finem Supinatoris brevis & Pronatoris teretis

(*c*) Albin. Tab. 19. Fig. 19. b.
(*d*) Id. Tab. 19. Fig 20. a. b. b. b.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 4. a. — w. Fig. 5. a. b. c. c. Eustach. Tab. 33. n. 53.
(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 4. a. b.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 5. a. c. c.
(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 4. c. d.

tis (*e*). Per cubitum incedens venter finditur in quatuor tendines (*f*), qui, non omnes æque cito orti, procedunt per interiorem concavam carpi partem, fub ligamento carpi interiore (*g*), & divergentes (*) per volam, per internam dein digitorum partem incedunt (†). In dicto canali & inter fe & cum tendinibus Profundi, Flexorisque longi pollicis, & cum canali, conjunguntur natura membranea, tendinofa, laxa. Idem locum habet in cubito, in vola, ubi, laxioribus vinculis, cum tendinibus Profundi cohærent, & in vola etiam cum Lumbricalibus. Qua incedunt fecundum articulos digitorum cum metacarpo (*h*), & dein per ipfos digitos (*i*), quisque una cum Profundi tendine vaginas fibi obductas habet, quibus retinentur. Hæ vaginæ, femiorbiculatæ, craffæ, duræ, naturæ quafi inter tendineam & cartilagineam mediæ, ab utroque offis margine oriuntur, cumque ipfo offe canalem efficiunt, qui tendine Profundi & Sublimis impletur, fic ut in eo liberrime

(*e*) Albin. Tab. 20 .Fig. 4. e. f. g. g. Euftach. Tab. 33. n. 53. — β.
(*f*) Albin. Tab. 20. Fig. 4. i. k., l. m., n. o., p. q. Euftach. Tab. 33. n. 53.
(*g*) Albin. Tab. 2. l. in manu dextra. Euftach. Tab. 33. n. 70.
(*) Euftach. Tab 33. n. 73. 73. 73. 73.
(†) Albin. Hift. Mufcul. Icon. 1. Π. Σ. Φ. Icon. 2. V. W. X. Icon. 3. M. N. O. P. Q. R.
(*h*) Id. Tab. 1. n. 4. 4. 4. &c.
(*i*) Id. Tab. 1. n. 3. &c. in manu dextra. Hift. Mufcui. Icon. 1. Λ. Ψ.

me mobiles ſint, nec tamen, flectendo digitos, recedere quicquam poſſint (‡). Quæ circa articulos dantur vaginæ, tenuiores, laxiores, molliores ſunt.

Omnes tendines, per longitudinem fiſſi (*), in cornua duo deſinunt (*k*), inſerta interiori parti mediæ longitudinis marginum oſſis ſecundi ordinis, alterum priori, alterum poſteriori (*l*); tranſit tendo Profundi (*m*), & ſub eo cornua parte tenuiore cohærent inter ſe (*n*), & vaginulam extremis ſuis ſubeunt, quæ ad interiorem partem oſſiculi ſecundi eſt (*o*).

Flectit digitorum oſſa, tum ſecundi tum primi ordinis, in partem internam; & dum flectit digitos, adducit eos ad ſe mutuo. Manum, ſi eo tempore mox firmetur, in partem internam flectit, & convertit in pronum.

PROFUNDUS (*a*).

Oritur a tota illa ulnæ amplitudine, quæ eſt infra radicem

(‡) Albin. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. Λ. Ψ.

(*) Id. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. W. X. Euſtach. Tab. 32. n. 55. 55. 55. 55.

(*k*) Albin. Tab. 20. Fig. 4. s. t. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. W. X.

(*l*) Id. Tab. 20. Fig. 4. u. v. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. α. β. Icon. 3. t. u.

(*m*) Id. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. W. X.

(*n*) Id. Tab. 20. Fig. 4. w. Hiſt. Muſcul. Icon. 3. P.

(*o*) Id. Tab. 1. n. 5. &c. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. Σ. Φ. Ψ.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 2. a. a. Fig. 3. a.—p. Euſtach. Tab. 38. L.

cem olecrani, & infra ſuperficiem inæqualem, cui affixus Brachialis internus (*b*), infra quam porro ortu ſuo occupat partem plusquam dimidiam ſuperiorem ulnæ amplitudinis internæ. Procedit etiam a vicina parte ligamenti, quod intercedit ulnam inter radiumque, ex parte è vagina tendinea, quæ extrinſecus datur, & ſepimentis, inde demiſſis. Findit ſe vel in quatuor craſſos tendines, vel in tres (*c*), quorum primus tunc abit in tendinem indicis (*d*), ſecundus in tendinem medii (*e*), tertius (*f*) in duos (*g*), quorum alter digiti annularis eſt (*h*), alter auricularis (*i*). Tendines hi per carpi ſinum interiorem ſe trajiciunt (*k*), ſub ligamento carpi interiore (*l*). Qua per volam digitosque decurrunt, per longitudinem quodammodo fiſſi, & quaſi e duobus inter ſe connexis conſtructi ſunt (*m*). Qua ſecundum articulos digitorum cum metacarpo incedunt, una cum

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. b. b. b. Fig. 2. a. a.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 3. d. e. f. Euſtach. Tab. 38. L. α. β. γ. δ.
(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. d. g. h.
(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 3. e. i. k.
(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 3. f.
(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 3. l. m., n. o.
(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 3. l. m.
(*i*) Id. Tab. 20. Fig. 3. n. o.
(*k*) Id. Tab. 20. Fig. 3. g. i. l. n.
(*l*) Id. Tab. 3. N. in manu dextra. Euſtach. Tab. 32. n. 36.
(*m*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. h. k. m. o. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. γ. γ.

cum Sublimi tendinibus vagina quadam obducuntur (n), qua secundum ossa digitorum primi ordinis, ut & secundi, alia vagina, crassa, dura, continentur (o), ut in descriptione Sublimis dictum est. Transeunt per tendines Sublimis (p), ad postremum inseruntur asperæ superficiēi, quæ in interiore parte ossium tertii ordinis, ad radicem capitis eorum superioris (q). Ubi per carpum, vaginasque incedunt, cohærent eodem modo & inter se, & cum vicinis partibus, ut Sublimis.

Flectit, & convertit manum, ut Sublimis.

FLEXOR LONGUS POLLICIS MANUS (a).

Prima huic origo est a radio; cujus amplitudinem internam, prope a tuberculo, cui insertus Biceps brachii, fere ad Pronatorem quadratum usque, suo occupat initio (b). Oritur & a ligamento interjecto ulnæ radioque. Accedit rarius portio, exili tendine oriens, a condylo majore humeri, quæ in tendinem abit, ad carnem Flexoris sese adjun-

(n) Albin. Tab. 1. n. 4. 4. 4. &c. in manu dextra.
(o) Id. Tab. 1. n. 3. 5. &c. in manu dextra.
(p) Id. Hist. Muscul. Icon. 2. Y. Y. W. X.
(q) Id. Tab. Muscul. 20. Fig. 4. p. p. p p. Hist. Muscul. Icon. 1. γ.
(a) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 21. a. — k. Eustach. Tab. 38. K. Tab. 33. n. 55
(b) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 21. a. a. Eustach. Tab. 38. K. Tab. 33. n. 55. — α. α.

jungentem (*c*). Venter jam ante medium longitudinis suæ producit tendinem (*), qui transit per sinum carpi interiorem, sub ligamento (*d*), porro ad pollicem inter ossa sesamoïdea incedit (*e*), secundum os primum pollicis ligamento coërcetur (*f*), & denique ossis ultimi pollicis parti posticæ fere mediæ, quæ eminet asperula, inseritur (*g*). Qua secundum metacarpum pollicis, pollicemque incedit, per longitudinem quodammodo fissus est (*h*).

Flectit pollicis os ultimum primumque in volam.

PRONATOR QUADRATUS (*a*).

Incipit ab oblonga eminentia, quæ est in inferiore & eadem posteriore ulnæ parte, non multum supra caput ejus inferius (*b*), per transversum incedit, & mox inseritur inferio-

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 21. c. d. e. f.

(*) Eustach. Tab. 38. K. — β.

(*d*) Albin. Tab. 3. N. in manu dextra. Eustach. Tab. 32. n. 37. Tab. 33. n. 55.

(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 21. h.

(*f*) Id. Tab. 1. Σ. in manu dextra.

(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 21. k. Eustach. Tab. 38. K. — γ.

(*h*) Albin. Tab. 20. Fig. 21. i.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 19. Fig. 21. a. — c. Fig. 22. a. a. b. b. Eustach. Tab. 38. V.

(*b*) Albin. Tab. 19. Fig. 21. b. b. Fig. 22. b. b. Eustach. Tab. 38. V. — α. α.

feriori parti radii, tum amplitudini ejus interiori, tum margini, qui ex adverso ulnæ est (c).

Manum convertit in pronum, radium convertens circum ulnam.

REGIO XXV. MANUS.

Manui appositi sunt Lumbricales (*a*), Abductor brevis pollicis manus (*b*), Abductor brevis alter pollicis (*b. b*), Opponens pollicis (*c*), Flexor brevis pollicis (*d*), Adductor pollicis (*e*), Palmaris brevis (*f*), Abductor digiti minimi (*g*), Flexor parvus digiti minimi (*h*), Adductor metacarpi digiti minimi (*i*), Interossei manus interni (*k*), Interossei manus externi (*l*), Abductor indicis

(*c*) Albin. Tab. 19. Fig. 20. c. c. Eustach. Tab. 38. V.—β.

(*a*) Eustach. Tab. 38. M. N. O. P.

(*b*) Id. Tab. 32. n. 33. dextr. Albin. Hist. Muscul. Icon. 1. F.

(*b.b*) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 17. a. b. c.

(*c*) Eustach. Tab. 33. n. 69. Albin. Hist. Muscul. Icon. 2. E.

(*d*) Eustach. Tab. 38. Π. Σ. Albin. Hist. Muscul. Icon. 1. K. L.

(*e*) Eustach. Tab. 38. Ξ. Albin. Hist. Muscul. Icon. 1. M.

(*f*) Eustach. Tab. 35. Z. Tab. 32. n. 49.

(*g*) Eustach. Tab. 33. n. 72. Tab. 36. Q. Hist. Muscul. Icon. 1. C. Icon. 4. Ω.

(*h*) Alb. Tab. Muscul. 20. Fig. 10. a. b. c. Hist. Muscul. Icon. 1. D.

(*i*) Id. Tab. 20. Fig. 25. a. b. c. c. Hist. Muscul. Icon. 2. D. Icon. 1. E. E.

(*k*) Prior indicis Eustach. Tab. 39. Fig. 1. x. Albin. Hist. Muscul. Icon. 3. & 2. G. Icon. 4. Δ. Posterior indicis Eustach. Tab. 39. Fig. 1. y. Albin. Hist. Muscul. Icon. 2. H. Prior annularis Eustach. Tab. 39. Fig. 1. B. Albin. Hist. Muscul. Icon. 1. P. Icon. 2. L. Prior auricularis Eust. Tab. 39. Fig. 1. D. Albin. Hist. Musc. Icon. 3. A. Icon. 1. 2. N.

cis (*m*). Ut ſub integumentis volæ manus aponeuroſis datur, de qua in deſcriptione Palmaris longi (*n*) dictum eſt, ſic a cubito per dorſum manus digitorumque procurrit tenuis aponeuroſis, quæ quadam vaginularum ſpecie complectitur tendines.

LUMBRICALES (*a*).

Quatuor numero ſunt. Primus oritur a crasſiore parte duarum illarum, in quas tendo Profundi, ad indicem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt; et ab illa tendinis parte procedit, quæ obverſa aponeuroſi Palmaris longi (*b*). Tendo ſe conjungit cum communi tendine Extenſorum indicis, & deinde ad indicis os tertium pertinet (*c*). Conjungit aponeuroſem cum aponeuroſi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit communi tendini Extenſorum indicis (*d*). — Secundus incipit inſigniore par-

(*l*) Prior medii Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. z. Albin. Hiſt. Muſcul. Icon. 3. E. F. Icon. 4. Θ. Λ. Poſterior medii Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. A. Albin. Hiſt. Muſcul. Icon. 3. C. D. Icon. 4. Ξ. Π. Poſterior annularis Euſtach. Tab. 39. Fig. 1. C. Albin. Hiſt. Muſcul. Icon. 3. B. Icon. 4. Σ. Φ.

(*m*) Euſtach. Tab. 36. r. Tab. 33. n. 64.

(*n*) Vide pag. 253.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 3. q.—t. u.—y. z.—δ. ε.—ι. Euſtach. Tab. 38. M. N. O. P.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. r. r.

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. s. Fig. 1. φ. Fig. 6. β.

(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 3. t.

parte a crasſiore parte earum, in quas tendo Profundi, ad digitum medium pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt; & ab illa quidem partis illius parte, quæ obverſa aponeuroſi Palmaris longi (*e*); dein minus inſigni a tendine ad indicem pertinente, tenuiore autem parte ejus, & ab illa quidem præcipue partis hujus parte oritur, quæ ſpectat profunda volæ (*f*). Tendo (*g*) conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti medii, communem cum eo tendinem (*h*), efficit, conjungentem ſe cum tendine Extenſoris communis, & ad os tertium digiti medii pertinentem. — Tertius, ad ſimilitudinem ſecundi, inſigniore parte oritur a crasſiore parte earum, in quas tendo Profundi, ad digitum annularem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt (*i*); & minus inſigni a tendine ad digitum medium pertinente, tenuiore autem parte ejus (*k*). Tendo (*l*), conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti annularis, communem cum eo tendinem efficit (*m*), conjungentem ſe cum tendine Extenſoris communis, & ad

os

(*e*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. v. v.
(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 3. w.
(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 3. x.
(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 3. y. Fig. 8. e. Fig. 1. C.
(*i*) Id. Tab. 20. Fig 3. z. α. α.
(*k*) Id. Tab. 20. Fig. 3. z. β.
(*l*) Id. Tab. 20. Fig. 3. γ.
(*m*) Id. Tab. 20. Fig. 3. δ. Fig. 7. l. Fig. 1. L.

os tertium digiti annularis pertinentem (*n*). — Quartus ad ſimilitudinem ſecundi inſigniore parte procedit a craſſiore parte earum, in quas tendo Profundi, ad digitum auricularem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt (*o*); & minus inſigni a tenuiore parte tendinis ad annularem pertinentis (*p*). Tendo, conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti auricularis, communem cum eo tendinem efficit (*q*), conjungentem ſe cum tendine Extenſoris auricularis, & ad os tertium digiti illius pertinentem.

Oſſa primi ordinis in volam flectunt, ac ſimul oblique in priora.

ABDUCTOR BREVIS POLLICIS MANUS (*a*).

Oritur a ligamento carpi interiore (*b*). Recta decurrit ad caput ſuperius primi osſis pollicis, format tendinem, qui partim inſeritur internæ, eidemque priori, parti capitis ſupe-

(*n*) Albin. Tab. 20. Fig. 3. ε. ζ. ζ.
(*o*) Id. Tab. 20. Fig. 3. ε. η.
(*p*) Id. Tab. 20. Fig. 3. θ.
(*q*) Id. Tab. 20. Fig. 3. ι. Fig. 7. q. Fig. 1. P.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 16. a.—e. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. F. Euſtach. Tab. 32. n. 43. dextr.
(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 16. a. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. h. Euſtach. Tab. 32. n. 43. dextr.

ſuperioris oſſis primi pollicis (*c*), partim conſcendit dorſum pollicis, & coit cum priore parte tendinum Extenſorum pollicis, & ſe porro per exteriora eorundem tendinum continuat ſimili aponeuroſi Flexoris brevis pollicis (*d*). Tendo partis ſuperioris Abductoris longi pollicis dat portionem huic Abductori brevi (*e*).

Totum pollicem a reliqua manu abducit in interiora ſimul & aliquantum in poſteriora.

ABDUCTOR BREVIS ALTER POLLICIS MANUS (*a*).

Ortus ejus eſt ab inferiore eademque exteriore parte ligamenti carpi interioris (*b*); extremo autem tendineo inſeritur internæ, eidemque priori, parti capitis ſuperioris oſſis primi pollicis (*c*).

OPPONENS POLLICIS MANUS (*a*).

Oritur ab oſſis multanguli majoris eminentia priore earum, quæ

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 16. b. c. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. i.
(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 16. d. Hiſt. Muſcul. Icon. 3. k.
(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 16. e. Fig. 19. e.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 17. a. b. c.
(*b*) Id. Tab. 20. Fig. 17. a.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 17. b. c.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 15. a.—e. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. E. Euſtach. Tab. 33. n. 69.

quæ faciunt ſinum, per quem decurrit tendo Radialis interni (*b*), & a ligamento carpi (*c*). Procedit ad pollicis metacarpum, & inſeritur ejus internæ amplitudini, ad caput ejus inferius, & præterea amplitudinis illius margini priori toti (*d*).

Flectit ita pollicem, ut eum primo introrſum ſimulque retrorſum abducat a manu, dein convertat, internamque ejus partem volæ manus, digitisque opponat, fere directo.

FLEXOR BREVIS POLLICIS MANUS (*a*).

Ab interiore parte inferioris partis oſſis multanguli minoris, capitati, cuneiformis oritur (*b*); ut & ab eminentia interna multanguli majoris. Infraque ortum ab oſſibus illis, etiam incipit a capitibus vicinis oſſium metacarpi indicis & medii digiti, ſæpe & annularis & pollicis; a ligamento carpi interiore (*c*). Findit ſe in caudas duas (*d*), quarum altera inſeritur ſuperiori parti illius oſſium ſeſamoïdeorum, quæ appo-

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 15. a. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. k.

(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 15. b. b. b. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. i. i. Euſtach. Tab. 33. n. 69.

(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 15. c. d. d. Hiſt. Muſcul. Icon. 2. m.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 20. a. — k. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. K. L. Euſtach. Tab. 38. Π. Σ.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 20. a. b. c. Euſtach. Tab. 38. Π. Σ. α. β. γ. δ.

(*c*) Id. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. l.

appoſita ad articulum pollicis cum metacarpo ejus, quod ab indice remotius (*e*); altera oſſi ſeſamoïdeo, quod indici propius; & ſuperiori quidem ejus parti, illique, quæ indici propior (*f*); dein & mox infra illud proximæ parti laterali capitis ſuperioris osſis primi pollicis (*g*). Cauda, quæ indici propior, producit aponeuroſem, quæ ſe cum aponeuroſi, ambiente capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, conjungit, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extenſorum pollicis (*h*).

Flectit os primum pollicis in volam; ejusdem metacarpum in poſteriorem partem, ac ſimul, pro vario ejus ſitu vel ad volam, vel ſecundum eam, vel ab ea modice introrſum.

ADDUCTOR POLLICIS MANUS (*a*).

Incipit ab interiore parte capitis ſuperioris oſſis metacarpi digiti annularis, juxta os metacarpi digiti medii (*b*); indeque ab interna amplitudine oſſis metacarpi digiti medii (*c*). Inſe-

(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 20. d. e. f., g. h. i. k. Hiſt. Muſcul. Icon 2. K. L.

(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 20. e. f. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. m.

(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 20. h. i. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. n.

(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 20. k. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. o.

(*h*) Id. Tab. 4. r. in manu ſiniſtra. Hiſt. Muſcul. Icon. 4. N. M. L.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 20. Fig. 24. a.—d. Hiſt. Muſcul Icon. 1. M. Euſtach. Tab. 38. Ξ.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 24. a.

(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 24. b. b. Hiſt. Muſcul. Icon. 1. p.

Inferitur extremum tendineum ei parti capitis superioris ossis primi pollicis, quæ spectat indicem (*d*).

Adducit pollicem ad mediam volam.

PALMARIS BREVIS (*a*).

Hic, in fasciculos inæqualiter distinctus, abscedit a principio aponeurosis Palmaris longi, & ab exteriore parte ligamenti carpi interioris juxta pollicem (*b*); extrema abeunt in tendineum manus, post integumenta sequens, & ad os metacarpi manus quartum pertinens, involucrum (*c*).

Principium volæ ex transverso contrahit, eoque simul in interiora idem surgit.

ABDUCTOR DIGITI MINIMI MANUS (*a*).

Incipit ab interiore & a posteriore parte eminentis rotundæ partis ossis subrotundi (*b*), & a proxima ligamenti carpi inte-

(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 24. c. d. Hist. Muscul. Icon. 4. P.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 26. p. p. q. q. r. r. Eustach. Tab. 35. Z. Tab. 32. n. 49.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. q. q. Eustach. Tab. 35. Z.

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 26. r. r.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 20. Fig. 11. a.-- g. Hist. Muscul. Icon. 1. C. Icon. 4. Ω. Eustach. Tab. 33. n. 72. Tab. 36. Q. Tab. 38. W.

(*b*) Albin. Tab. 20. Fig. 11. a. Hist. Muscul. Icon. 1. D. d. Eustach. Tab. 38. W. — α.

interioris (*c*). Defcendit rectius, definitque in duos tendines, quorum alter (*d*) inferitur pofteriori parti capitis fuperioris offis primi digiti minimi, mox infra fummum ejus marginem (*e*); alter (*f*) fe conjungit cum tendine Flexoris parvi (*g*); communisque ex eo factus tendo, fubtus fe ftatim infra extremum tendineum fupradictum (*h*), eidem capiti, ubi id inæquabiliter eminet, inferit; dein adjungit fe tendini Extenforis proprii auricularis (*i*), eique aponeurofem dat (*k*).

Abducit digitum minimum ab annulari, poft flectit in volam.

FLEXOR PARVUS DIGITI MINIMI MANUS (*a*).

Origo ei ab exteriore parte ligamenti carpi (*b*); e media parte extremi proceffus incurvi offis cuneiformis carpi (*c*). Ex

(*c*) Albin. Tab. 20. Fig. 11. b.
(*d*) Id. Tab. 20. Fig. 11. c.
(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 11. d.
(*f*) Id. Tab. 20. Fig. 11. e.
(*g*) Id. Tab. 20. Fig. 11. f. Fig. 6. i.
(*h*) Id. Tab. 20. Fig. 11. d.
(*i*) Id. Tab. 20. Fig. 11. g. Fig. 10. d. Fig. 1. R. Hift. Mufcul. Icon. 1. g. Icon. 4. x. Euftach. Tab. 36. Q. — α.
(*k*) Albin. Tab. 5. e. Tab. 6. k. Tab. 7. l. in manu dextra.
(*a*) Albin. Tab. Mufcul. 20. Fig. 10. a. b. c. Hift. Mufcul. Icon. 1. D.
(*b*) Id. Tab. 20. Fig. 10. a. Hift. Mufcul. Icon. 1. f.
(*c*) Id. Tab. 20. Fig. 10. b.

Ex tendine, conjuncto cum tendine Abductoris, fit tendo communis (*d*), qui se conjungit cum tendine Extensoris auricularis proprio, acceptaque ab eo portione auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti (*e*).

Os minimi primi ordinis, totumque adeo digitum illum, flectit in volam, pollicem versus.

ADDUCTOR OSSIS METACARPI DIGITI MINIMI (*a*).

Procedit à posteriore eademque paulo infra mediam parte extremi ferme processus incurvi ossis cuneiformis carpi (*b*); & a proxima exteriore ligamenti carpi interioris infra processum illum (*c*), inseritur ossi metacarpi minimi, juxta capita ejus; & inter ea etiam per totam longitudinem; posteriori scilicet & eidem interiori parti ossis illius (*d*).

Attollit os metacarpi auricularis in partem internam manus, trahitque simul aliquantum versus pollicem, sequente etiam metacarpi tertio; quo volam facit ab ea parte magis concavam, dorsum manus rotundum.

I N-

(*d*) Albin. Tab. 20. Fig. 10. c. d.

(*e*) Id. Tab. 20. Fig. 1. R. *v*. S. T. U.

etiam retinetur (*l*). Qua ad tali caput (interveniente ligamento, quod, a calcaneo ad os naviculare per plantam deductum, sustinet tali caput) & ad inferiorem quoque & eandem posteriorem partem tuberis ossis navicularis applicatus tendo est, nodum habet (*m*). Præcipua pars tendinis subtus naviculari inseritur, in inferiora maxime eminenti parti tuberis crassi & inæquabilis, quo os illud ab interno pedis latere eminet (*n*); excurrente portione tenuiore inseritur ossis cuneïformis primi parti inferiori, juxta posteriora (*o*); præterea portio tenuior se inserit imæ deorsum protuberanti parti ossis cuneïformis tertii (*p*), excurritque præterea ad os metatarsi secundum (*q*), ad tertium (*r*), eorumque capitis primi parti inferiori se inserit, ab illo latere, quo spectat digitum minimum. Dat portionem Flexori pollicis brevi (*s*), alia a tendine abscedit portio (*t*) in duas abeuns; quarum altera inseritur calcanei inferiori parti, pro-

(*l*) Albin. Tab. 1. x. in pede extremo. Tab. 9. ζ. in pede dextro. Eustach. Tab. 33. n. 24.
(*m*) Id. Tab. 24. Fig. 14. b.
(*n*) Id. Tab. 24. Fig. 14. c.
(*o*) Id. Tab. 24. Fig. 14. d. d. Eustach. Tab. 33. n. 23.
(*p*) Albin. Tab. 24. Fig. 14. e. f.
(*q*) Id. Tab. 24. Fig. 14. g.
(*r*) Id. Tab. 24. Fig. 14. h.
(*s*) Id. Tab. 24. Fig. 14. i.
(*t*) Id. Tab. 24. Fig. 14. l.

prope cubiforme, haud longe a margine ejus illo, qui eſt juxta talum (*u*); altera inſeritur inferiori parti osſis cubiformis, haud longe a poſtica parte cuneïformis tertii (*v*).

Pedem extremum oblique in internam partem retrorſum attollit, in interiora poſterioraque convertens plantam.

PERONEUS LONGUS (*a*).

Oritur principio altero a laterali externa parte partis prioris radicis capitis ſuperioris fibulæ (*b*); a vicina, a priore parte, tibia (*c*); altero principio a plusquam dimidia, eaque ſuperiore parte illius ſpinæ fibulæ, quæ in externo ejus latere, non multum infra caput ſuperius, eminere incipit (*d*). Ex parte etiam abſcedit a vagina tendinea cruris, ejusque propagine, quæ inter hunc Peroneum & Extenſorem longum digitorum interjecta. Tendo, e carnis parte exteriore naſcens (*e*), ſe ad poſteriora malleoli externi flectit, ibique nodum primum habet (*f*), porro ad eminentiam,

(*u*) Albin. Tab. 24. Fig. 14. m. n.

(*v*) Id. Tab. 24. o. p.

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 24. Fig. 3. a. — i. Fig. 4. a. — g. Fig. 5. a. — l. Euſtach. Tab. 36. z.

(*b*) Albin. Tab. 24. Fig. 3. a. b. Fig. 4. a. Euſtach. Tab. 36. z. -- α.

(*c*) Albin. Tab. 24. Fig. 4. b.

(*d*) Id. Tab. 24. Fig. 3. c. d. e. Fig. 4. c. c. d. d. Euſtach. Tab. 36. z. — β. β.

(*e*) Albin. Tab. 24. Fig. 4. g. Euſtach. Tab. 36. z. — γ.

(*f*) Albin. Tab. 24. Fig. 3. f. g. Euſtach. Tab. 36. z. — δ.

tiam, quæ eſt in latere externo malleoli, ubi nodus ſecundus datur (*g*), denique ad eminentiam, quam os cubiforme in inferiore parte habet, nodo inſigniore ibi gaudens (*h*), perque ſinum illum incedit, qui ante eminentiam illam. Retinetur tendo ad malleolum & calcanei tuberculum ligamento (*i*), ſimilique craſſo valente in ſinu cubiformis, hocque ab imo calcanei tubere, juxta ejus priorem partem eminente, in priora procedit, ſeſeque cubiformi inſerit (*k*). Extremo autem ſuo inſeritur imæ, deorſum maxime eminenti parti oſſis metatarſi pollicis (*l*). Abſcedit a tendine portio, quæ ſe circum tuber oſſis cubiformis flectit (*m*), inque duas partes abit (*n*), inſertas oſſi cuneiformi magno (*o*); aliaque portio, a tendine abſcedens, inſeritur oſſi metatarſi ſecundo (*p*).

Plantam vertit extrorſum, modice in poſteriora.

P E-

(*g*) Albin. Tab. 24. Fig. 3. h. Fig. 5. a. b.

(*h*) Id. Tab. 24. Fig. 3. i. Fig. 5. c.

(*i*) Id. Tab. 5. n. & p. in crure & pede extremo. A. in pede ſiniſtro Tab. 9. Euſtach. Tab. 31. u.

(*k*) Albin. Tab. 10. Fig. 21. N. O. Euſtach. Tab. 31. w.

(*l*) Albin. Tab. 24. Fig. 5. d.

(*m*) Id. Tab. 24. Fig. 5. e.

(*n*) Id. Tab. 24. Fig. 5. f. g.

(*o*) Id. Tab. 24. Fig. 5. h. i.

(*p*) Id. Tab. 24. Fig. 5. k. l.

PERONEUS BREVIS (*a*).

Oritur a fibula, & infra partem illam ſubtus pergit oriri a ſpina, quæ a poſteriore parte latitudinem lateris externi fibulæ terminat (*b*); haud ita procul a malleolo oriri a ſpinæ illa deſinens. Ex parte etiam oritur a vagina tendinea cruris, ejusque propagine, interſerta Peroneo huic, longoque ab una parte, ab altera Extenſori longo digitorum & Peroneo tertio. Tendo, ad quem, (ut in reliquis cruri appoſitis) caro forma pennata accedit, ſe ad malleolum inflectit (*c*), latior & craſſior, ac ligamento, quod cum tendine longi commune habet, contentus (*d*), pergit juxta ſuperiorem partem eminentiæ calcanei (*e*), per ligamentum alterum (*f*), ſibi cum tendine longi commune, ſed per proprium canalem, & inſeritur ſuperiori eidemque poſteriori parti radicis illius tuberis, quod eſt in oſſe metatarſi quinto, ab exteriore parte capitis ejus primi (*g*).

Plantam vertit, ut longus.

EX-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 24. Fig. 1. a.—e. Fig. 2. a. a. Euſtach. Tab. 37. y. Tab. 38. B. Tab. 33. n. 8.

(*b*) Albin. Tab. 24. Fig. 1. a. Fig. 2. a. a. Euſtach. Tab. 37. y.-- α. α. Tab. 38. n. 8.—α. α.

(*c*) Albin. Tab. 24. Fig. 1. b. c. Euſtach. Tab. 37. y.—β. γ.

(*d*) Albin. Tab. 5. n. in crure. Euſtach. Tab. 31. u.

(*e*) Albin. Tab. 24. Fig. 1. d.

(*f*) Id. Tab. 5. o. in pede extremo. Tab. 9. F. in pede ſiniſtro. Euſtach. Tab. 31. w.

(*g*) Albin. Tab. 24. Fig. 1. e. Euſt. Tab. 37. y.-- δ. Tab. 33. n. 19.

EXTENSOR LONGUS DIGITORUM PEDIS (a), ET PERONEUS TERTIUS (b).

Posterior, sæpe prioris pars, una cum eodem describi commode potest (*c*). Prima pars principii oritur a radice capitis superioris tibiæ, mox ante fibulæ caput superius (*d*), & a spina priore fibulæ capitis illius (*e*); caro hujus principii subtus quoque procedit a vagina tendinea cruris (*f*), a propagine, quam vagina illa interserit Extensori huic & Tibiali antico. Principii pars altera, ab initio tendinea (*g*), oritur a fibulæ spina priore (*h*), & quidem a margine ejus, qui spectat tibiam. Tertia pars principii, ab initio maximam partem tendinea (*i*), oritur a fibulæ spina priore, & a planitie, in quam spina illa ab inferiore parte abit (*k*). Pars, quæ ad Peroneum pertinet, oritur etiam a propagine vaginæ tendineæ cruris. Tendo (*), ex musculo hoc procedens,

(*a*) Eustach. Tab. 35. H. Tab. 32. n. 5.
(*b*) Id. Tab. 35. I. Tab. 32. n. 9. Tab. 29. Ψ. fin. Tab. 30. n. n.
(*c*) Albin. Tab. Muscul. 25 Fig. 1. a.—z. α.—κ.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig 1. a. b. b. Eustach. Tab. 35. H.—α.
(*e*) Albin. Tab. 25. Fig 1. c. c. Eustach. Tab. 35. H.—β. β.
(*f*) Albin. Tab. 25. Fig. 1. d.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 1. f. g.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 1. h. h.
(*i*) Id. Tab. 25. Fig. 1. i. i.
(*k*) Id. Tab. 25. Fig. 1. k. k.
(*) Eustach. Tab. 35. H.—γ.

cedens, ſub ligamento transverſo, ad cruris pedisque extremi confinium, decurrit (*l*), finditque ſe in quatuor tendines, per dorſum pedis ad digitos quatuor minores decurrentes (*m*). Qui per dorſum digiti minimi decurrit, tendo (*n*) inſeritur tuberculo oblongo transverſoque, quod in capite primo oſſis ſecundi ordinis hujus digiti, a ſuperiore parte (*o*); portiones autem, ad os tertium procurrentes (*p*), abeunt in extremum commune (*q*), inſertum ſuperiori parti capitis primi oſſis tertii (*r*). Ad tendinis hujus externum latus accedit aponeuroſis (*s*), producta ab Abductore minimi (*t*). Ad alterum hujus & cæterorum tendinum latus, accedit pariter aponeuroſis (*u*); quæ partim a capſa articuli digiti cum metatarſo, partim ab Interoſſeo primo, partim a Lumbricali, partimque a latere oſſis primi, procedit. Tendines trium ſequentium digitorum ſe con-

(*l*) Albin. Tab. 9. X. in pede ſiniſtro. Tab. 1. q. in pede. Euſtach. Tab. 38. n. 7. Tab. 30. λ.
(*m*) Albin. Tab. 25. Fig. 1. l. m. n. o. p. Euſt. Tab. 35. H. -- δ. ε. ζ. η.
(*n*) Id. Tab. 25. Fig. 1. q.
(*o*) Id. Tab. 25. Fig. 1. r.
(*p*) Id. Tab. 25. Fig. 1. s. t.
(*q*) Id. Tab. 25. Fig. 1. u.
(*r*) Id. Tab. 25. Fig. 1. v.
(*s*) Id. Tab. 25. Fig. 1. w.
(*t*) Id. Tab. 25. Fig. 1. x. Euſtach. Tab. 35. K. — β.
(*u*) Albin. Tab. 1. h. Tab. 2. q. Tab. 3. u. in pede extremo.

conjungunt cum tendinibus Extenſoris brevis digitorum pedis (*v*), deſinuntque ad oſſa ſecundi ordinis (*w*); portiones autem, ad os tertium procurrentes (*x*), quarum altera (*y*) eſt Extenſoris brevis, altera (*z*) longi, deſinunt in commune extremum (*a*), ſuperiori parti capitis primi oſſis tertii inſertum (*b*). Abſcedit ab Interoſſeis & a capſa articuli aponeuroſis, quæ a latere exteriore ad tendinis communis partem illam accedit, quæ ab Extenſoris brevis tendine effecta (*c*). Tendo ita dicti Peronei tertii, ex carne præcedentis ortus (*d*), inſeritur ſuperiori parti radicis capitis primi oſſis metatarſi quinti, juxta commiſſuram cum quarto, indeque continuo ſuperiori ſpinæ ejusdem illius quinti (*e*), ad cruris autem pedisque extremi confinium decurrit ſub ligamento (*f*) per canalem, ipſi cum Extenſore longo digitorum communem.

Ex-

(*v*) Albin. Tab. 25. Fig. 1. y. y. y. z. α.
(*w*) Id. Tab. 25. Fig. 1. β.
(*x*) Id. Tab. 25. Fig. 1. γ. δ.
(*y*) Id. Tab. 25. Fig. 1. γ.
(*z*) Id. Tab. 25. Fig. 1. δ.
(*a*) Id. Tab. 25. Fig. 1. ε.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 1. ζ.
(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 1. η.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 1. θ. Euſtach. Tab. 35. I. — β.
(*e*) Albin. Tab. 25. Fig. 1. κ. Euſtach. Tab. 35. I. — γ.
(*f*) Albin. Tab. 9. X. in pede ſiniſtro. Tab. 1. q. in pede. Euſtach. Tab. 38. n. 7. Tab. 30. λ.

Extendit secundum, tertiumque ordinem ossium, qui in digitis sunt, extendit & primum, eundemque postquam porrexit, sursum flectit Extensor longus. Peroneus autem tertius pedis extremi priorem partem attollit.

TIBIALIS ANTICUS (*a*).

Oritur a tibia (*b*) primum mox ante Extensoris digitorum longi ortum, occupans deinde ortu suo totam planitiei externæ tibiæ, a capite ejus secundum spinam priorem fere usque ad medium tibiæ longitudinis, latitudinem; & ex parte etiam affixus est proximo ligamento, cruris ossium intervallo interserto. Sed & exinde per cruris longitudinem ab eodem ligamento, & imprimis a tibia, juxta ligamentum illud oriri diu, & ad duas tertias longitudinis tibiæ partes plus minus usque, pergit. Præterea a vagina tendinea cruris subtus abscedit (*c*); oritur & a vaginæ illius propagine, quæ interserta Tibiali huic, & Extensori longo digitorum pedis. Oblique descendit ad partem interiorem pedis, tendo (*) sese subjicit cornubus ligamenti, quo ten-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 24. Fig. 6. a. — d. Fig. 7. a. — d. Eustach. Tab. 35. P.

(*b*) Albin. Tab. 24. Fig. 6. a. a.

(*c*) Id. Tab. 24. Fig. 6. b.

(*) Eustach. Tab. 35. P. — *α*.

tendines in flexu ad pedem extremum coërcentur (*d*), & in extremum bicorne definit; cornu alterum inferitur rotundæ illi lævique superficiëi, quæ in ossis cuneïformis magni parte interiore eademque inferiore, & finitima ossi metatarsi primo (*e*); alterum, idque tenuius, mox ante finem præcedentis, definit ad eminentiam, quæ in capite primo ossis metatarsi pollicis, ab interno latere, atque ibi fere in medio (*f*). Ante finem tendinis, ubi is ad dorsum pedis se atterit, subjecta & accreta tendini bursa tenuis.

Pedis extremi priorem partem attollit.

EXTENSOR PROPRIUS POLLICIS PEDIS (*a*).

Incipit a planitie fibulæ, quæ tibiæ a priore parte obversa (*b*); ab eaque planitie secundum totam fere longitudinem spinæ prioris; infra autem, ubi spina illa quasi retusa, a planitie inde nata. Perque originis hujus longitudinem oritur etiam a ligamento, quod ad tibiam pertinet, crurisque ossium intervallum maximam partem occludit: & exigua,

(*d*) Albin. Tab. 1. r. t. in crure & pede extremo. Tab. 9. ι. κ. in pede dextro, & Y. Z. in sinistro. Eustach. Tab. 38. n. 7.

(*e*) Albin. Tab. 24. Fig. 7. a. b.

(*f*) Id. Tab. 24. Fig. 7. c d.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 11. a. -- f. Eustach Tab. 33. n. 12.

(*b*) Albin. Tab. 25. Fig. 11. a. a. Eustach. Tab. 33. n. 12. α. α.

gua quoque portione procedit infra a tibia (*c*), proxime ligamentum. Descendit ad pedem, & retinetur utroque cornu ligamenti transversi, quod a priore parte cruris juxta pedis extremi principium est (*d*). Tendo autem inseritur superiori parti capitis primi ossis ultimi pollicis (*e*). Ad tendinis latus externum accedit aponeurosis, veniens e capsa articuli pollicis cum metatarso (*f*); ab altero latere accedit similis aponeurosis (*g*), procedens partim a tendine Abductoris pollicis (*h*), partim a capsa articuli pollicis cum metatarso (*i*).

Extendit, ac deinde sursum flectit, pollicis os ultimum, sic & primum.

REGIO XXIX. PEDIS EXTREMI DIGITORUMQUE EJUS DORSUM.

Solus in hac regione datur Extensor brevis digitorum pedis (*a*). Supra huncce autem musculum, per dorsum itaque pedis, aponeurosis excurrit, qualis per dorsum manus.

EX-

(*c*) Albin. Tab. 25. Fig. 11. b.
(*d*) Id. Tab. 9. Y. Z. in pede sinistro. Tab. 1. r. t. in crure pedeque extremo. Eustach. Tab. 38. n. 7.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 11. d. e.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 11. f.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 13. f. i. i.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 13. g.
(*i*) Id. Tab. 25. Fig. 13. h.
(*a*) Eustach. Tab. 33. n. 18.

EXTENSOR BREVIS DIGITORUM PEDIS (*a*).

Oritur a ſuperiore parte tuberis, quo pars prior calcanei in ſuperiora eminet (*b*). Anguſtior & tenuior primo initio, ab eo paulatim latior, & craſſior, findit ſe in quatuor portiones (*c*), ad pollices & tres ſubſequentes digitos parvos pertinentes. Portio ad pollicem procedens (*d*), abit in tendinem (*e*), inſertum eminentiæ obliquæ, quæ in ſuperiore parte oſſis primi pollicis, mox ante caput ejus primum, juxta illud latus, quo ſpectat digitos parvos (*f*). Tendines, qui ad tres digitos parvos pertinent (*g*), cum tendinibus Extenſoris longi digitorum conjunguntur in communes tendines, intermedia diviſionis nota, & cum iis inſeruntur (*h*).

Pollicem, digitosque in rectum porrigit, extendens omnes ordines oſſium digitorum minorum, pollicis primum. Primum etiam tum pollicis tum parvorum flectit in ſuperiora.

RE-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 9. a. — s. Euſtach. Tab. 33. n. 18.
(*b*) Albin. Tab. 25. Fig. 9. a. a.
(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 9. b. e. g. i.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 9. b.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 9. c.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 9. d.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 9. e. f. l, g. h. l., i. k. l.
(*h*) Conferantur, quæ de inſertione Extenſoris longi digitorum dicta ſunt pag. 316.

REGIO XXX. PLANTA CUM DIGITORUM PEDIS PARTE INFERIORE.

Ultimam hanc regionem occupant, Flexor brevis digitorum pedis (*a*), Abductor pollicis (*b*), Abductor digiti minimi (*c*), Lumbricales (*d*), Flexor brevis pollicis (*e*), Adductor pollicis (*f*), Transverſalis pedis (*g*), Flexor brevis digiti minimi (*h*), Interoſſei interni (*i*), Interoſſei externi (*k*).

Mox ſub integumentis plantæ occurrit Aponeuroſis, aponeuroſi volæ reſpondens. Hæc (*l*) oritur a calcanei tubere (*m*), lata ab ortu, inde primum paulo anguſtior, mox

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 5. a.—p.
(*b*) Euſtach. Tab. 35. Q.
(*c*) Id. Tab. 36. A.
(*d*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 8. t. u. v., w. x., y. z. α, β. γ. δ.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 12. h.—s. Fig. 13. d. e.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 14. f.—m.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 14. t.—y.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 15. d. e. f. g. Fig. 16. a.—e.
(*i*) Primus digiti tertii Id. Tab. 25. Fig. 4. l. m. m. n. o. p. Primus quarti Id. Tab. 25. Fig. 4. f. g. g. h. i. k. Primus quinti Id. Tab. 25. Fig. 4. a. b. b. c. d. e.
(*k*) Primus digiti ſecundi Id. Tab. 25. Fig. 2. t.—z. α. Fig. 3. r.—v. Secundus ejusdem Id. Tab. 25. Fig. 2. n.—s. Fig. 3. l.—q. Secundus tertii Tab. 25. Fig. 2. g.—m. Fig. 3. f.—k. Secundus quarti Id. Tab. 25. Fig. 2. a.—f. Fig. 3. a.—e.
(*l*) Id. Tab. Muſcul. 10. Fig. 18. A.—H.
(*m*) Id. Tab. 10. Fig. 18. B.

mox latescens, crassa, tensa, & quasi in fasciculos distincta est; ubi ad capita priora metatarsi appropinquavit, findit se in quinque portiones, ad digitos pertinentes (*n*), quæ ad postremum bifidæ complectuntur tendines, pollicis quidem Flexoris longi, reliquorum autem digitorum Flexoris brevis & longi: ab his portionibus propagines quoque tenues excurrunt ulterius per pinguem illam pulpam, quæ sub extremis anterioribus ossium metatarsi, & ad radices digitorum est. Portio, conjuncta cum aponeurosi Abductorem pollicis tegente, accedit ad principium pollicis Flexoris brevis (*o*). Ab altera parte conjungitur cum aponeurosi tegente Abductorem digiti minimi (*p*), quæ a tubere calcanei oritur (*q*), portionem inserit capiti primo ossis metatarsi digiti minimi (*r*), aliâ autem conjungitur cum aponeurosi plantæ media (*s*), sed hæc portio non semper talis invenitur; aliam porro portionem dat principiis Flexoris parvi digiti minimi, & Interossei ejusdem digiti (*t*). — Ab altera parte conjungitur plantæ aponeurosis cum illa, quæ tegit Abductorem pollicis, pariterque a calcaneo oritur (*u*).

FLE-

(*n*) Albin. Tab. 10. Fig. 18. C. D. E. F. G.
(*o*) Id. Tab. 10. Fig. 18. H.
(*p*) Id. Tab. 10. Fig. 18. I. K. L. M. N.
(*q*) Id. Tab. 10. Fig. 18. K.
(*r*) Id. Tab. 10. Fig. 18. L.
(*s*) Id. Tab. 10. Fig. 18. M.
(*t*) Id. Tab. 10. Fig. 18. N.
(*u*) Id. Tab. 10. Fig. 18. O. P.

FLEXOR BREVIS DIGITORUM PEDIS (a).

Oritur ab ima parte calcanei, juxta radicem tuberis, quo calx efficitur, extrinsecus tendinosus (b). A principio cohæret cum Abductore pollicis & minimi, ut & cum media plantæ aponeurosi, sic ut oriri ab ea videatur. Recta per plantam procedit, & in ejus prope medio partitur in quatuor portiones, ad quatuor digitos parvos pertinentes (c); quæque in tendinem vertitur (d). Quisque tendo abit in caudas duas (e), quæ cohærent inter se parte tenuiore (f), & ad postremum inseruntur tuberculis (g), quæ sunt in inferiore parte utriusque marginis ossis secundi ordinis digiti, ante caput ossis illius primum. Retinentur, ubi juxta digitos decurrunt, ligamentis (h). Per fissuras transeunt tendines Flexoris longi digitorum pedis (i). Tendines hujus itaque musculi se habent, ut in manu Sublimis tendines (k).

Fle-

(a) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 5. a.—p.
(b) Id. Tab. 25. Fig 5. a.b.
(c) Id. Tab. 25. Fig. 5. c. l. n. p.
(d) Id. Tab. 25. Fig. 5. d. m. o.
(e) Id. Tab. 25. Fig. 5. f. g.
(f) Id. Tab. 25. Fig. 5. h.
(g) Id. Tab. 25. Fig. 5. i. k.
(h) Id. Tab. 18. Fig. 18. s. t.
(i) Conf. quæ de insertione Flexoris longi digitorum pedis dicta sunt pag. 307.
(k) De his dictum in descriptione Sublimis pag. 258.

Flectit ossa secundi ordinis, atque etiam illa primi, utraque deorsum.

ABDUCTOR POLLICIS PEDIS (*a*).

Ortus ex parte inferiore lateris interni radicis tuberis calcanei, quo calcem efficit (*b*), extrinsecus tendinosus (*c*), eaque parte a principio diu cohærens cum aponeurosi tegente, etiam procedit a ligamento, quod illi calcanei parti, qua sustinetur cervix tali, ab inferiore parte adnexum, continet tendinem Flexoris longi pollicis. Incedit recta ab ortu ad finem, fibrarum autem decursus talis est, ut in angulos conveniant (*d*). Abeunt hæ in tendinem (*e*), qui ad postremum conjunctus cum ligamento (*f*), quod ab osse sesamoïdeo pollicis exteriore pertinet ad os pollicis primum, cum eoque ligamento inseritur interiori, & eidem inferiori parti capitis, quo os primum pollicis incipit (*g*).

Abducit pollicem a reliquis digitis.

A B-

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 12. a.—e. Fig. 13. a. a. b. b. c. Eustach. Tab. 35. Q.

(*b*) Albin. Tab. 25. Fig. 13. a. a. Fig. 12. a. Eustach. Tab. 35. Q.—α.

(*c*) Albin. Tab. 25. Fig. 12. b.

(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 13. b. b.

(*e*) Id. Tab 25. Fig. 12. 13. c. Eustach. Tab. 35. Q.—β.

(*f*) Albin. Tab. 25. Fig. 12. f.

(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 12. e. Eustach. Tab. 35. Q.—γ.

ABDUCTOR DIGITI MINIMI PEDIS (a).

Duabus partibus conſtat (*b*); quarum altera (*c*) ſeparatum tendinem efficit, qui ſe in aliis cum tendine partis alterius conjungit in unum, in aliis totus ſeparatus eſt. Oritur ab inferiore & exteriore parte tota radicis tuberis calcanei, quo calcem efficit (*d*); pars altera extrinſecus in totum tendinoſa (*e*), altera ex parte (*f*); partibus illis tendinoſis cum aponeuroſi, qua teguntur, cohærent. Recta procedit ad ſuum digitum. Tendo, in quem ad poſtremum abit (*g*), inſeritur externæ parti radicis capitis primi oſſis primi digiti minimi (*h*). Pars aponeuroſis, qua intectus eſt (*i*); inſeritur poſticæ parti tuberis magni & inæquabilis, quod e capite primo oſſis metatarſi digiti minimi in externum pedis latus eminet (*k*). Et hæc ſubinde portio eſt, a mus-

(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 17. a. — g. Fig. 18. a. — g. Euſtach. Tab. 36. A.
(*b*) Albin. Tab. 25. Fig. 18. a. b.
(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 18. a.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 18. c. c. Fig. 17. e. e. Euſtach. Tab. 36. A. — α.
(*e*) Albin. Tab. 25. Fig. 18. d.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 18. e.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 18. b. Fig. 19. f.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 17. c. Fig. 18. g. Euſtach. Tab. 26. A. -- B.
(*i*) Albin. Tab. 25. Fig. 17. f.
(*k*) Id. Tab. 25. Fig. 17. g.

a musculo abscedens. Adjungit porro aponeurosem ad Extensoris tendinem, qui digiti minimi est (*l*).

Abducit digitum minimum a reliquis, & simul flectit in terram.

LUMBRICALES PEDIS (*a*).

Oriuntur omnes ex tendinibus Flexoris longi digitorum, respondent in genere Lumbricalibus manus, in tendines (*b*) abeunt, qui se affigunt tuberculis digitorum ossium primi ordinis, quæ sunt in inferiore parte illius lateris capitum priorum, quo pollicem spectant, tenuioremque aponeurosem adjungunt tendinibus Extensoris longi digitorum.

Agendi ratione respondent Lumbricalibus manus.

FLEXOR BREVIS POLLICIS PEDIS (*a*).

Principio tendineo longiore oritur ab inferiore eademque pedem alterum spectante parte extremi prioris calcanei, mox pone commissuram ejus cum cubiformi (*b*); breviore ab ima parte ossis cuneiformis, quod medium magnitudine (*c*); abit præterea aponeurosis plantæ mediæ in princi-

pium

(*l*) Albin. Tab. 25. Fig. 1. w. Eustach. Tab. 36. A.—δ.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 8. t. u. v., w. x., y. z. α., β. γ. δ.

(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 8. v. x. α. δ.

(*a*) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 12. h.—s. Fig. 13. d. e.

(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 12. h. i.

(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 12. k. l.

pium Flexoris brevis pollicis (*d*). Accipit etiam partem a tendine Tibialis poſtici (*e*). Accedit pro parte ad tendinem Abductoris pollicis (*f*), caudasque ſuas inſerit oſſibus ſeſamoïdeis (*g*), alteram interno, illi nempe, quod reſpicit pedem alterum, alteram externo, atque etiam proximæ parti capitis primi oſſis primi pollicis, cum tendineo extremo Adductoris pollicis & Transverſalis pedis, commune extremum habens (*h*). Pertinaciſſime connexæ caudæ ſunt cum capſa, articulum pollicis cum metatarſo continente.

Deorſum flectit os primum pollicis.

ADDUCTOR POLLICIS PEDIS (*a*).

Oritur ab ima parte oſſis metatarſi quarti, juxta radicem capitis ejus primi, & a parte inferiore fere tota capitis primi oſſis metatarſi tertii, proximaque ſecundi (*b*); a priore parte vaginæ, Peronei longi tendinem in planta continentis, quæ eſt pars ligamenti, a calcaneo per plantam usque ad

(*d*) Albin. Tab. 25. Fig. 12. m.
(*e*) Id. Tab. 24. Fig. 14. i.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 12. o. o. Fig. 13. e.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 12. p. q. r. s.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 12. t. v.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 14. f.—m.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 14. f. g.

ad metatarſum pertinentis (*c*). Porrigitur inde ad pollicis initium, & extremo ſuo tendineo primum ſe conjungit (*d*) cum extremo tendineo Flexoris brevis pollicis (*e*), cum eoque ſe inſerit poſteriori & eidem inferiori, & digitum ſecundum ſpectanti, parti oſſis ſeſamoïdei pollicis, quod e duobus ejus vicinius digito ſecundo; dein conjungitur (*f*) cum ligamento, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore pollicis ad os ejus primum pertinet (*g*), & cum eo ſe inſerit oſſi illi primo, inferiori parti illius lateris capitis ejus primi, quo digitum ſecundum reſpicit, non multum ultra primum capitis illius marginem (*h*).

Pollicis primum os deorſum flectit, & oblique ſimul digitum ſecundum verſus.

TRANSVERSALIS PEDIS (*a*).

Naſcitur e capſa, qua continetur articulus digiti quinti cum metatarſo (*b*), porro e capſa articulum digiti quarti cum ſuo oſſe metatarſi continente, & a proxima aponeuroſi veſtien-

(*c*) Albin. Tab. 25. Fig. 15. a. b. Fig. 14. b. a.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 15. i. k.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 15. p.
(*f*) Id. Tab. 25. Fig. 15. l.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 15. n. Fig. 12. y.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 15. m.
(*a*) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 14. t.—y.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 14. u. w.

vestiente ibi Interosseos digiti illius (c). Per transversum secundum condylos metatarsi incedit; extremo suo se adjungit extremo tendineo communi pollicis Adductoris, Flexorisque brevis (d).

Pollicem ad digitos postremos attrahit; priorem itaque plantæ partem, per quam incedit, facit ex transverso in terram concavam.

FLEXOR BREVIS DIGITI MINIMI PEDIS (a).

Oritur a ligamento, quod a cubiformis tubere imo procedens inseritur capitibus primis ossium metatarsi secundi, tertii, quarti, quinti, & tendinem Peronei longi in planta, instar vaginæ, continet (b); & præterea, juxta hoc caput a margine externo ossis metatarsi quinti, qui inferiora spectat (c), & a media inferiore parte radicis capitis ejusdem ossis. Findit se in partes duas, altera inferitur exteriori margini amplitudinis inferioris ossis metatarsi digiti minimi, mox pone caput ejus prius (d), altera eaque præcipua

(c) Albin. Tab. 25. Fig. 14. x.
(d) Id. Tab. 25. Fig. 14. y. y.
(a) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 15. d. e. f. g. Fig. 16. a. — e.
(b) Id. Tab. 25. Fig. 15. e. a.
(c) Id. Tab. 25. Fig. 16. a.
(d) Id. Tab. 25. Fig. 16. b. c. c.

cipua inſeritur tendineo extremo oſſi primo digiti minimi (e), capſæ articuli pertinaciter adhærens.

Flectit primum os digiti minimi deorſum.

INTEROSSEI INTERNI PEDIS. PRIMUS DIGITI TERTII (a), QUARTI (b), QUINTI (c).

Primus digiti tertii oritur a poſteriore parte marginis inferioris illius lateris oſſis metatarſi tertii, quo reſpicit pollicem (d); tendo inſeritur inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti tertii, quo id pollicem ſpectat (e). —— Primus digiti quarti incipit a poſteriore parte marginis inferioris illius lateris oſſis metatarſi quarti, quo reſpicit pollicem (f); ut & a ligamento Peronei longi tendinem in planta retinente (g); tendine ſuo inſeritur inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti quarti, quo id pollicem ſpectat (h). —— Primus digiti quinti oritur a poſteriore parte marginis inferioris illius late-

(e) Albin. Tab. 25. Fig. 16. d. e. Fig. 15. f. g.
(a) Albin. Tab. Muſcul. 25. Fig. 4. l. m. m. n. o. p.
(b) Id. Tab. 25. Fig. 4. f. g. g. h. i. k.
(c) Id. Tab. 25. Fig. 4. a. b. b. c. d. e.
(d) Id. Tab. 25. Fig. 4. m. m.
(e) Id. Tab. 25. Fig. 4. o. p.
(f) Id. Tab. 25. Fig. 4. g. g.
(g) Id. Tab. 10. Fig. 21. W. P.
(h) Id. Tab. 25. Fig. 4. i. k.

lateris ossis metatarsi quinti, quo respicit pollicem (*i*), ut & a dicto ligamento (*k*); definitque ad inferiorem partem illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti quinti, quo id pollicem spectat (*l*). Capsis articulorum pertinacissime adhærent; dant etiam aponeurosem, antequam finiant, quæ se cum illa Lumbricalis conjungit, & adjungit Extensorum tendini.

Flectunt digitos pollicem versus, simulque aliquantum in inferiora; flectunt articulum eorum cum metatarso.

INTEROSSEI EXTERNI PEDIS. PRIMUS (a) ET SECUNDUS (b) DIGITI SECUNDI. SECUNDUS TERTII (c). SECUNDUS QUARTI (d).

Primus digiti secundi incipit, capite crassiore, a plusquam dimidia posteriore parte illius lateris ossis metatarsi secundi, quo primum spectat (*e*), capite tenuiore, tendineo, a superiore parte mucronis ossis cuneïformis magni, qui

(*i*) Albin. Tab. 25. Fig. 4. b. b.
(*k*) Id. Tab. 10. Fig. 21. S. N.
(*l*) Id. Tab. 25. Fig. 4. d. e.
(*a*) Albin. Tab. Muscul. 25. Fig. 2. t. u. u. v. w. x. y. z. α. Fig. 3. r. s t. u. v.
(*b*) Id. Tab. 25. Fig. 2. n. o. o. p. q. q. r. s. Fig 3. l. m. n. n. o. p. q.
(*c*) Id. Tab. 25. Fig. 2. g. h. h. i. k. k. l. m. Fig. 3. f. g. h. i. k.
(*d*) Id. Tab. 25. Fig. 2. a. b. b. c. d. d. e. f. Fig. 3. a. b. c. d. e.
(*e*) Id. Tab. 25. Fig. 2. t. u. u. Fig. 3. r. u.

qui offi metatarfi primo, fecundoque infertus (*f*); tendo inferitur inferiori parti illius lateris capitis primi offis primi ordinis digiti fecundi, quo pollicem fpectat (*g*). — Secundus digiti fecundi oritur capite craffiore a plusquam dimidia pofteriore parte medii lateris offis metatarfi tertii, quo fpectat fecundum (*h*); tenuiore a pofteriore parte lateris offis metatarfi fecundi, quo tertium refpicit, & quidem ab inferiore parte eminentiæ oblongæ, quæ per latus illud porrecta (*i*); tendo definit ad inferiorem partem illius lateris capitis primi offis primi ordinis digiti fecundi, quo fpectat tertium (*k*) — Secundus tertii digiti procedit, capite craffiore fere a plus quam dimidia pofteriore parte longitudinis lateris offis metatarfi quarti, quo refpicit tertium (*l*), capite tenuiore a pofteriore parte marginis inferioris lateris offis metatarfi tertii, quo refpicit quartum (*m*); inferitur inferiori parti illius lateris capitis primi offis primi ordinis digiti tertii, quo fpectat quartum (*n*) — Secundus digiti quarti incipit, capite craffiore a plus quam dimi-

(*f*) Albin. Tab. 25. Fig. 2. w. x. y.
(*g*) Id. Tab. 25. Fig. 2. z. ɑ. Fig. 3. v. w.
(*h*) Id. Tab. 25. Fig. 2. n. o. o. Fig. 3. o.
(*i*) Id. Tab. 25. Fig. 2. p. q. q. Fig. 3. n. n.
(*k*) Id. Tab. 25. Fig. 2. r. s. Fig. 3. p. q.
(*l*) Id. Tab. 25. Fig. 2. g. h. h.
(*m*) Id. Tab. 25. Fig. 2. i. k. k. Fig. 3. h.
(*n*) Id. Tab. 25. Fig. 2. l. m. Fig. 3. i. k.

midia posteriore parte lateris ossis metatarsi quinti, quod est e regione quarti (o), tenuiore a posteriore parte marginis inferioris ossis metatarsi quarti, quo respicit quintum (p), ut & a ligamento, quod tendinem Peronei longi in planta retinet (q), & inseritur tendo inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti quarti, quo spectat quintum (r).

Flectunt digitorum principium a pollice, simulque aliquantum in inferiora.

(o) Albin. Tab. 25. Fig. 2. a. b. b.
(p) Id. Tab. 25. Fig. 2. c. d. d. Fig. 3. c.
(q) Id. Tab. 10. Fig. 21. U. P.
(r) Id. Tab. 25. Fig. 2. e. f. Fig. 3. d. e.

SERIES REGIONUM,

QUAS MUSCULI OCCUPANT.

I N-

INDEX MUSCULORUM.

Eum-

Rec-

FINIS.

Apud P. v. d. EYK et D. VYGH, Proſtant

Eduardi Sandifort Obſervationes Anatomico-Pathologicæ Lib. I. II. III. IV. Lugd. Bat. 1777. 1778. 1779. 1781.

——— ——— ——— Tabulæ inteſtini Duodeni. Lugd. Bat. 1780.

——— ——— ——— Icones herniæ inguinalis congenitæ. Ibid. 1781.

OPUSCULA ANATOMICA.

EDUARDI SANDIFORT,

MEDICINÆ, ANATOMES, ET CHIRURGIÆ, IN ACADEMIA BATAVA, QUÆ LEIDÆ EST, PROFESSORIS,

OPUSCULA ANATOMICA.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS, P. v. d. EYK ET D. VYGH. 1784.

SERIES OPUSCULORUM.

I.

Tabulæ Inteſtini Duodeni.

II.

Icones herniæ inguinalis congenitæ.

III.

Anatome Infantis, cerebro deſtituti.

TABULÆ
INTESTINI
DUODENI.

EDUARDI SANDIFORT

TABULÆ INTESTINI DUODENI.

PROŒMIUM.

Omnium, quotquet in corpore humano dantur, partium situm atque nexum, rite cognovisse, tantæ utilitatis, tantæ necessitatis summo jure habetur, ut, consentientibus omnibus, verus diversorum organorum usus, illis neglectis, intelligi, explicari, sedes innumerorum morborum determinari, nequeat, ac præcipuum salutiferæ artis fundamentum, unice ex fabrica corporis bene perspecta petendum, vacillet, collabatur, subvertatur penitus. Merito ea propter illi, qui anthropographiam conscri-

pse-

pſerunt, veram ſedem uniuscujusque partis determinarunt, antequam interiorem compoſitionem perquirerent: merito, qui cunctas partes, depictas, oculis ſubjicere conati ſunt, ad ſitum earum atque cohaeſionem præprimis attendendum eſſe, cenſuerunt: merito rejiciuntur icones, quæ partes, ab omni cum aliis nexu liberas, diſtractas, extra veram ſedem exhibent, ſic ut relatio, quam diverſi generis organa inter ſe habent, cognoſci nequeat, niſi eorundem ſitus antea ſit exhibitus.

Non tamen omnium partium ſedes æque facile determinatur, aut, ſi in cadavere, rite præparato, egregie demonſtrari, atque exacte deſcribi poſſit, non tamen æque bene depingi, & accuratis figuris oculis ſubjici valet. Locum hoc præſertim habet, quoad illas partes, quae adeo abſconditæ ſunt, ut non conſpiciantur, niſi aliæ reclinentur, e ſuo dimoveantur ſitu; locum hoc itaque habet quoad inteſtinum duodenum, quod tot aliis cingitur, contegitur, partibus, ut hactenus vix ullus dici poſſit, ſitum ipſius exactiſſime repræſentaſſe, licet in id omni ope incubuerint multi, & deſcriptione, quam pararunt, exactiſſima, oſtenderint, ſeſe opti-

me

me verum hujus intestini situm, nexumque, perquisivisse, intellexisse.

Cognitio tamen hujus intestini, cujus tanta censetur utilitas, ut nonnulli vicariam ventriculi naturam ipsi tribuerint, physiologo, pathologo, adeo necessaria habenda est, ut functio ipsius, mutationesque, quas subeunt ea, quæ, ventriculo jam subacta, ipsi infunduntur, comprehendi, variorumque affectuum, quorum certe sedes hoc in intestino quærenda est, indoles, duodeni natura neglecta, explicari, cognosci, nequeant, cuncta vero hæc percipiantur facillime, si situs, nexus, fabrica, notabilis hujus intestini optime innotuerint.

Lubuit hanc ob caussam tentare, quid repetitum sæpissime examen, quid peritissimi ac dexterrimi delineatoris manus efficere posset. In quinquaginta itaque, immo pluribus, cadaveribus, infantum, adultorum, præparationem dicti intestini, diversis modis, institui, curavique, ut semper ea, quæ sese oculis offerebant, exacte delinearentur. Nata sic iconum, duodeni situm exhibentium, insignis collectio, ex qua illas, quæ hisce quinque tabulis sistuntur, selectas, & dicti intestini sedem ab an-

teriore, a posteriore, vacuo plenoque, integro & aperto, ventriculo, ob oculos ponentes, tentaminis adinstar, in lucem emitto, ea spe, fore, ut, etiamsi nondum plenarie, (dum, omnibus numeris absolutam duodeni iconem præstari non posse, peritissimi judicant anatomici) melius tamen, quam quæ hactenus divulgatæ sunt, scopo satisfaciant, vel saltem, utilitate sua non plane destituantur.

CAPUT PRIMUM.

Generalis descriptio situs, decursusque, duodeni.

Quæ a faucibus ad anum sese extendit, via diversæ in variis locis capacitatis existit. Infundibuliformis pharynx, satis amplus, descendendo coarctatus, in œsophagum desinit. Hic, per posticam mediastini caveam descendens, per carneam diaphragmatis partem penetrans, se in ventriculum explicat. Ventriculus, in sinistro latere amplissimum saccum formans, quo magis versus dextrum latus vergit, eo magis contrahitur, & in canalem intestinorum, primo angustiorem, dein capaciorem, ad anum terminatum, definit.

Eædem, quæ ventriculum formant, tunicæ tubum intestinalem componunt; licet enim pylorus intra tenuium intestinorum primum promineat, & extrinsecus circulo quodam strictiore sese prodat, attamen externa, muscularis, nervea, atque interna membrana continuatæ sunt.

Dependens a mesenterio, &, hujus ope, lumbis adhærens, canalis intestinalis, vario sensu, mobilis est, sic ut di-

diverſæ ipſius partes nunc hanc nunc illam ſedem occupent; inter alias tamen duodenum certo & conſtanti loco ſemper adfixum eſt, ſicque vicinis partibus nexum, ut vix ac ne vix quidem, niſi morboſo in ſtatu, ſede ſua turbari poſſit.

Primo parumper adſcendens, dextrorſumque tendens, dein deſcendens, rurſus adſcendens, creſcentis lunæ formam, cujus concava pars latus dextrum ſpinæ dorſi reſpicit, quodammodo refert.

Pylorum (*a*) quippe ambiens (*b*), ibique loci non adeo capax (*c*), duodenum, ad parvam a ventriculo diſtantiam ſurſum, dextrorſum (*d*), parumque retrorſum incedit, dein, amplius factum, ſeſe incurvat, ſic ut, qua parte hepar (*e*) reſpicit, extenſæ, ac eapropter glaberrimæ, tunicæ ſint (*f*), qua parte ſpinam dorſi, rugoſæ fiant, ſeu complicentur (*g*), ſicque juxta veſiculam felleam (*h*), & paulo ultra cervicem ejus, ante venæ portarum truncum,

(*a*) Tab. II. Fig. 1. f. Fig. 2. c. Fig. 3. f.

(*b*) Tab. I. i. i.

(*c*) Tab. II. Fig. 1. g. Fig. 2. d. Fig. 3. g.

(*d*) Tab. I. k.

(*e*) Tab. I. c. c. Tab. II. Fig. 1. b. Fig. 2. h. Fig. 3. a.

(*f*) Tab. I. l. l. l.

(*g*) Tab. I. i. o. m.

(*h*) Tab. I. e. Tab. II. Fig. 1. c. Fig. 2. i. Fig. 3. b.

cum, jamjam hepar ingreffurum (*i*), arteriæ cœliacæ ramum hepaticum (*k*), ductum (*l*) choledochum (quæ vafa unicum in fafciculum (*m*) colligi folent), defcendit ad concavam renis partem (*n*); ab hac introrfum ac furfum vergit (*o*), & oblique ante arteriam renalem, venam cavam (*p*), & aörtam (*q*), juxta venam renalem; quæ vafa fpinae dorfi (*r*) accumbunt; pone radicem mefenterii (*s*), artériam mefentericam fuperiorem (*t*), & venam meferaicam magnam (*u*), progreditur, donec in finiftro latere fefe manifeftet, &, facto flexu ad altitudinem vertebræ quartæ lumborum a facro, definat in jejunum (*v*), hunc in finem ex mefenterio (*w*) antrorfum emergens, & ex foramine quafi prodiens, in quo mefocolon transverfum (*x*) & radix mefenterii (*y*) conveniunt, quæ partes non

(*i*) Tab. V. Fig. 1. m.

(*k*) Tab. V. Fig. 1. i.

(*l*) Tab. V. Fig. 1. h.

(*m*) Tab. V. Fig. 1. i. Fig. 2. f.

(*n*) Tab. I. y. Tab. II. Fig. 1. l. Fig. 2. g. Fig. 3. k.

(*o*) Tab. I. m. Tab. II. Fig. 1. g. g. Fig. 2. d. d. Fig. 3. g. g.

(*p*) Tab. II. Fig. 1. q.

(*q*) Tab. II. Fig. 1. n.

(*r*) Tab. II. Fig. 1. t.

(*s*) Tab. I. p. p. Tab. II. Fig. 1. k. k. Fig. 2. l. k. k. Tab. IV. Fig. 1. k. l. l. l. Fig. 2. h. i. i. i. i. Tab. V. Fig. 1. k. q. q.

(*t*) Tab. I. x.

(*u*) Tab. I. w.

(*v*) Tab. I. n. Tab. II. Fig. 1. h. Fig. 2. e. Fig. 3. h. Tab. III. Fig. 1. m. Fig. 2. e. Fig. 3. d.

(*w*) Tab. III. Fig. 1. b. b. c. d. d. f. f.

(*x*) Tab. I. g. g. r. Tab. III. Fig. 1. b. c. d.

(*y*) Tab. I. p. p. r. Tab. III. Fig. 1. e. f. f.

non tantum vaginæ ſpeciem formant, qua delitescit dictum inteſtinum, antequam in ſiniſtro latere ſeſe manifeſtat, ſed & externam ſuam lamellam cum externa duodeni, jam in jejunum transeuntis, tunica commiscent (z).

Adimplet cavum duodeni arcum Pancreas (a), quod apice ſuo a liene (b) progreſſum, pone ventriculum (c) ſeſe abſcondens, oblique parum deſcendens, ſenſimque latescens, concavæ duodeni (d) parti adnectitur, illudque inteſtinum pro parte tegit (e), pingui vel cellulosa tela radicis meſocoli (f) coopertum.

In ſuo decurſu, præter pancreas, præter peritonæum; quod abit in duodeni membranam externam, & illud per priora ſurſum & ſiniſtrorſum veſtit; adcumbentes habet partes

(z) Tab. III. Fig. 2. b. b. c. e. Fig. 3. c. c. c. e. e. d.

(a) Tab. I. o. o. Tab. II. Fig. 2. m. m. Fig. 3. i. i. Tab. IV. Fig. 1. g. g. Fig. 2. m. m. m. Tab. V. Fig. 1. l. l. l.

(b) Tab. II. Fig. 1. i. Fig. 2. f. Fig. 3. l. Tab. IV. Fig. 1. f. Fig. 2. l. l. Tab. V. Fig. 1. f.

(c) Tab. IV. Fig. 1. c. c. Fig. 2. c. Tab. V. Fig. 1. c.

(d) Tab. I. i. l. l. l. m. Tab. II. Fig. 1. d. d. Fig. 2. g. g. g. Tab. IV. Fig. 1. h. h. h. Fig. 2. g. g. g. Tab. V. Fig. 1. o. o. o.

(e) Tab. I. o. o. Tab. II. Fig. 2. m. m.

(f) Tab. IV. Fig. 1. k. Fig. 2. h. Tab. V. Fig. 1. k.

tes varias, hepar (*g*); veficulam felleam (*h*); mefocoli illam partem, quæ a rene fub hepate oblique furfum adfcendit, &, ut duodenum pateat, vel abfcindi, vel attolli, & ad marginem thoracis reflecti debet (*i*), cuique, copiofam pinguedinem continenti, adnectitur colon; omentum parvum, quod a ventriculo ad hepar tendit, &, fupra duodenum defcendendo, ad colon pertingit; renem dextrum (*k*); vafa varia, venam cavam inferiorem (*l*), aörtam (*m*), vafa renalia, arteriam mefentericam fuperiorem (*n*); quæ, ex aörta infra cœliacam enata, inter pancreas atque duodenum (*o*), ad radicem mefenterii (*p*) tendit, &, inter ejus lamellas (*q*) progreffa, ramis innumeris inteftina petit, venam meferaicam magnam (*r*), quæ, multis radicibus ex inteftinis enata, a latere arteriæ mefentericæ fuperioris (*s*), inter mefenterii lamellas (*t*) adfcen-

(*g*) Tab. I. c. c. Tab. II. Fig. 1. b. b. Fig. 2. h. h. Fig. 3. a. a. a. Tab. IV. Fig. 1. d. Fig. 2. d. Tab. V. Fig. 1. d. d.

(*h*) Tab. I. e. Tab. II. Fig. 1. c. Fig. 2. i. Fig. 3. b.

(*i*) Tab. I. g. g. f. f.

(*k*) Tab. I. y. Tab. II. Fig. 1. l. Fig. 2. g. Fig. 3. k.

(*l*) Tab. II. Fig. 1. q.

(*m*) Tab. II. Fig. 1. n.

(*n*) Tab. I. x.

(*o*) Tab. I. inter o & p. Tab. IV. Fig. 1. inter g & h. Fig. 2. inter m & g. Tab. V. Fig. 1. inter l & o.

(*p*) Tab. IV. Fig. 1. k. Fig. 2. h. Tab. V. Fig. 1. k.

(*q*) Tab. I. p. p. q. q. q.

(*r*) Tab. I. w.

(*s*) Tab. I. x.

(*t*) Tab. I. p. p. q. q. q.

ſcendit, & una cum vena lienali (*u*), & meſeraica minore ſeu hæmorrhoidali interna, deſinit in truncum venæ portarum, quæ pone pancreas ac duodenum oblique dextrorſum ad hepar vadit (*v*).

Huc in genere redit ſitus decurſusque duodeni, quem adeo exacte deſcripſerunt Santorini, Winſlow, Bonazzolius, Monro, Schreber, Guarengeot, Clauſen, Haller, alii, ut temerarium foret, aliam rurſus expoſitionem, data copioſiorem, concinnare; ſufficere vero poſſe videatur, ſi breviter, ipſis tamen autorum verbis, ſubjungatur, quid dicti Anatomici memoriæ prodiderint (*w*), ut eorundem deſcriptiones cum noſtris iconibus comparari valeant.

Ve-

(*u*) Tab. V. Fig. 1. n. (*v*) Tab. V. Fig. 1. m.

(*w*) Pylori orificio duodenum continuari, nemo ignorat, illud vero modo per duos tresve digitos eodem pyloro ſuperius eſſe, ac ſuper incumbere, licet id perpetuum eſt, de celebrioribus tamen anatomicis haud quaquam intelligitur; quod porro flexuoſo ductu leviter demisſum inter felleam cyſtim, & pancreas ſeſe conjicit; dein ſupra cavam, ac ſub portarum venam paulum transverſim incedens altero flexu adſcendit iterum, circumundique adjunctis partibus firme alligatum, ut inde, ac ab eo poſitu minime dimoveri poſſit; ſub ventriculo locatur, ubi poſtremo flexu in acutum angulum conformatum deorſum verſus convertitur, ut laxe tum meſenterio junctum in jejunum abit, atque is duodeni terminus eſt. SANTORINI Obſ. Anatom. Cap. 9. §. 7. pag. 166.

Auſſi-

Verum exactiſſimæ licet deſcriptiones ſint, quas Viri, ſane celeberrimi, dederunt, non tamen adeo felices fuiſ-
ſe

Auſſitôt que cet inteſtin a pris ſa naiſſance du pylore, il fait d'abord une petite courbure en arriere, obliquement de haut en bas, enſuite il forme une ſeconde courbure vers le rein droit, au quel il eſt plus ou moin attaché, & de-là il paſſe devant l'artere renale, la veine renale, & la veine cave, en remontant inſenſiblement de droite à gauche jusques devant l'aorte, & devant les dernieres vertebres du dos. Il continue ſa route au de-là obliquement & devant par un contour léger, que l'on peut regarder comme une troiſieme courbure, & comme l'extrémité du duodenum. Dans tout ce trajet le Duodenum eſt fortement attaché par des replis du péritoine, principalement par une duplicature transverſale qui donne origine au meſocolon. Les deux lames de cette duplicature du péritoine étant d'abord écartées l'une de l'autre, & s'uniſſant un peu après, laiſſent naturellement entr'elles un eſpace triangulaire, dont le dedans eſt tapiſſé du tiſſu cellulaire. C'eſt dans cet eſpace que le duodenum eſt adhérant par le tiſſu cellulaire aux parties que je viens de nommer, & qu'il eſt enfermé comme dans un étui angulaire, de maniere que ſans diſſection on ne voit que ſes deux extrémités, les quelles ſont encore cachées par le colon, & par les premieres circonvolutions de l'inteſtin jejunum. WINSLOW Expoſition Anatomique Traité du Bas ventre §. 105. p. 101. à Paris 1766.

Inteſtinum duodenum has habet progreſſiones. Ab initio procedit cum meſocolo conjunctum, ac tres fere digitos deſcendit, colo arctisſime, levius reni dextero, adhæreſcens. Tum colon ac renem ipſum relinquens, ſupra ſpinam inflectitur, adhuc meſocolo adhærens. Hic inter ſubjectam venam cavam, & ſuperpoſitam venam portæ ſe immittit, & ad ſiniſtram ventris partem adſcendit, nec unquam non meſocolo

ſe videntur in figuris, quibus dicta illuſtrare conati ſunt, multique agnoverunt difficultatem ſummam, quæ in deli-

nean-

ſocolo adnexum eſt; donec ad meſeræum perveniens ſuperiori ejus alæ tandem adjungitur. Nam quamvis meſeræum duodeno leviter & vix adhæreat hoc loco, mediam tamen meſocoli partem, quam modo diximus cum duodeno conjungi, radicibus ſuis pervadit, & ſurſum anterius fertur. Oportet ergo inteſtinum duodenum meſocolo circumdari, atque ipſum quaſi perforare & circa medium volvi. BONAZZOLIUS de Bonon. Scient. & Art. inſtituto atque Academia Comment. Tom. 2. part. 1. pag. 138.

From the pylorus, which is raiſed upwards and backwards from the ſtomach, the duodenum deſcends obliquely to the right ſide, with the anterior lamella of the omentum fixed to its inferior part; and the little omentum, proceeding from the oppoſite part, to connect it to the liver. After this, the duodenum is involved for about an inch and a half, in a doubling of the omentum, and then enters into the duplicature of the meſocolon, where it can 't be ſeen without diſſecting away that fatty membrane. It deſcends in this cellular sheath, till it is almoſt contiguous to the great ſac of the colon, which properly is the human cœcum. In this deſcent the colon lies before it; the bilary duct, hepatic artery and nerve, vena portarum, and emulgent veſſels, are behind it: the liver, gall-bladder, and right kidney, are on its right ſide, and the pancreas is on the left. This gut makes ſeveral turns in this progreſs; for it is raiſed into a convexity forwards, where it paſſes before the veſſels of the liver. Immediately after, it bends backwards and to the right ſide, till it approaches the right kidney, and then turns forward, and a little to the left in its courſe towards the great ſac of the colon. The Duodenum then makes a conſiderable curve to the left ſide, where it is

in-

neando hocce inteftino fefe ipfis obtulit, quamque vix ac ne vix quidem fuperare valuerunt; nec mirum, fola enim in-

involved in a cellular fubftance, which may be looked on as the common root of the mefentery and mefocolon, through the membrane of which it may be feen commonly, even in very fat bodies, without any diffection. In the concave left fide of this curve, the thick extremity of the larger pancreas and the little pancreas are lodged; the fuperior mefenteric artery and vein, coming through te Noteh between the larger and leffer pancreas, hang loofe before the gut here; and the ductus communis choledochus, after paffing behind the gut a little higher, unites commonly with the pancreatic duct, very little above the loweft part of the curve, and after paffing obliquely through the coats of the gut, the two ducts open by one common orifice in the pofterior part of the duodenum. After the curve juft now defcribed, the duodenum is involved in the root of the mefentery, and mounts obliquely within it towards the left fide, with the vena cava behind it; and after a courfe of about four inches there, rifes forwards, to acquire a proper mefentery, or to commence jejunum, the membranes of the root of the méfentery feeming to make a ring at which the gut comes out, though they are really continued on the inteftine, and form its external membranous coat. MONRO in Medical Effays and Obfervations vol. 4. art. 11. pag. 57.

Principium duodeni adfcendit atque fuperius eft pyloro ventriculi, vel vacui, vel parum repleti; contra, ventriculo repletiffimo, fundus hujus e diametro oppofitus eft fpinæ dorfi, atque duodeni initium eft in plano, ad fpinam dorfi orthogonio. Sic natum inteftinum, flexuofo ductu, fe immittit quafi in cavum quoddam, factum, finifterius a parte omenti, a ventriculo ad hepar euntis; fuperius a parte concava jecinoris, præcife infra ligamenti umbilicalis infertionem in he-

infantum cadavera nonnulli ſecuerunt; alii thoracem aperuerunt, vel ventriculum inſigniter ſuſtulerunt, ſicque, va-

rio

hepar, &, quoad circumferentiam dexteriorem, a veſicula fellis, colo, atque rene dextro. Tumque renem deferens, incedit incurvum ſupra muſculum pſoas magnum, truncum venæ cavæ, atque venam emulgentem dextram. Dein progreditur transverſim. Ubi fere ad ſpinam dorſi pervenit, caudicem venoſum meſeraicum, ad hepar euntem, incumbentem ſibi ſentit. Pancreas hunc caudicem ſupra duodenum conſtanter amplectitur, figura ſemicirculari. Duodeno inteſtino incumbunt porro, juxta ſiniſtrum latus hujus caudicis, rami ſuperioris arteriæ meſeraicæ. Inteſtinum a ſpina dorſi poſtea demittitur in cavum ſiniſtrum abdominis, per eandem ſpinam diviſi; in quo adſcendens, meſocolon mox tranſit, nomenque mutat. SCREIBER in Actis Petropolit. Tom. 7. ad annos 1734. 1735. pag. 231.

Nous obſervons d'abord trois contours différens au duodenum. Le premier contour, en tombant un peu perpendiculairement, jette ſa courbure extérieurement & en arriere, tandis que ſa cavité eſt intérieurement & en devant. Il part du pilore qu'il environne, & eſt libre dans tout ſon trajet ſans avoir de mézentere auquel il ſoit attaché. Le ſecond contour du duodenum commence auprès du rein droit auquel il eſt collé & attaché; de-là cet inteſtin (caché par le commencement de l'arc du colon qui eſt lui-même collé ſur l'extrémité inférieure du même rein, de façon que ces trois parties ſont comme collées enſemble) paſſe enſuite transverſalement, & ſe niche dans la duplicature ou dans un eſpace triangulaire formé par la duplicature du mezo-colon, afin de traverſer le ventre par-deſſus, ou mieux par-devant la derniere vertebre du dos, & la premiere des lombes. Dans ce trajet il eſt couché ſous la ſurface inférieure du pancréas, qui eſt auſſi enveloppé dans l'eſpace triangulaire du mezo-

co-

rio modo mutatum, non naturalem, exhibuerunt ſitum; notum enim, partes, in infantum corporibus laxiores, fa-
cilius

colon, mais ſous le plan ſupérieur & incliné de ce ligament. Le duodenum en paſſant devant la derniere vertebre du dos, & la premiere des lombes, ſe gliſſe auſſi dans cet endroit ſous la racine du mézentere, & derniere la veine-porté: c'eſt-là où il commence ſon troiſiéme contour en s'avançant obliquement à gauche & en devant; pour donner enſuite naiſſance au jejunum. GARENGEOT Splanchnologie ou l'Anatomie des viſceres. Tom. 1. pag. 254.

Duodenum adſcendit, reflectitur, & deſcendit: primo hoc tractu retrorſum magis quam furſum vergere videtur, porro extrorſum potius ad veſiculam felleam usque progreditur, ejusque cervicem & partem corporis tegit, a qua ſub hepate recta quaſi via defertur, & ad interiorem renis dextri marginem, ſeu hylum renalem, deducitur, in pinguedine deliteſcens; ab hac parte renis introrſum ac ſurſum vergit, & ita oblique ſuper ſpinam dorſi vel potius ſuper venam cavam & arteriam aörtam in ſiniſtram cadaveris partem deducitur. Hoc in tractu pinguis meſenterii radix ſupra duodenum extenditur, illudque quaſi abſcondit, ut, niſi extenſione quadam facta, obſervari nequeat, a parte tamen ſiniſtra hujus radicis meſenterii duodenum magis in conſpectum prodit, quam a dextra, cum in progreſſu ſuo dextrum hoc latus relinquat. Dum autem hoc ſuo tractu ad ultimam dorſi vertebram adſcendat, ad meſocolon quoque pertingit, & in duplicatura ejus a radice ſua pingui ſuſcipitur, a qua tamen, levi flexu facto, tandem in inferiore parte ſecedit, & antrorſum in jejunum continuatur. Ultima hæc duodeni curvatura ſub pancreate hæret, hæc enim glandula extremitate ſua ſiniſtra & cuſpidata a liene aliqua ex parte deorſum extenditur. L. CLAUSSEN de inteſtini duodeni ſitu & nexu. Lipſiæ 1757. §. 5. Conf. Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 276. ſeq.

Duo-

cilius cedere, locum mutare, &, vel parum dilatato in iis thoracis margine, a fede naturali removeri; notum, aperto tho-

Duodenum ex pyloro primo leniter furfum, dein magis retrorfum, & paulum deorfum pergit, ita ut duplici vel triplici alternatione iter in univerfum transverfum emetiatur, adusque veficulam fere fellis. Tunc vero defcendit ad angulum rectum, & prius finifterius, dein dexterius fe in mefocoli duplicationem infinuat, atque ita per inferiorem laminam pellucet. Sed brevi poftea inflectitur finiftrorfum, in ea ipfa duplicatione mefocoli, & fimul adfcendit modice, atque ante aörtam, comite vena renali dextra, pervenit ad communem mefocoli transverfi, & mefenterii radicem, pone vafa magna mefenterii, tumque, circa eam radicem conflexum, defcendit, emergendo in abdomen inferius, eftque jejunum. HALLER in notis ad Prælectiones BOERHAVII in proprias inftitutiones rei medicæ vol. 1. pag. 408.

In Elem. Phyfiol. Tom. 7. pag. 10. feq. plenius de eodem argumento agens, hæc habet: Incipit tenue inteftinum a ventriculo, fic ut pylorum, in cavum annulum protractum, amplectatur, eique adhærefcat, quo loco, etiam nulla membrana remota, annulus extus apparet. Inde pergit, primumque ductum fuum perficit in univerfum transverfum, ut dextrorfum tendat, & modice retrorfum; tamen ut una alternis imperfectis flexionibus, antrorfum emergere, & retrorfum fe recipere, adfcendere furfum & deorfum redire videatur, quo ad veficulæ fellis radicem adtingat. Hæc pars duodeni mefocoli lamina tegitur, a porta omenti defcendente. — In pleno ventriculo potius paulum defcendit. — Quando nunc cervicem fellei folliculi adtigit, & aliquando etiam paulo ultra progreffum eft, tunc mutat iter, & ante renem defcendit, ad infima ejus vifceris, & ut una dextrorfum & paulum retrorfum inclinetur, etiam ea fede a lamina fuperiori mefocoli transverfi tectum. Pars fuperior ductus bilarios habet incumbentes, inde pone colon defcendit. Ima fere in parte hujus fecundi du-

thorace, partes omnes, non ſatis retentas, verſus latera prolabi, aliumque, quam habere ſolent, ſitum acquirere; notum, ventriculi curvatura inferiore, unde omentum altera ſua procedit lamella, ſuperiora verſus directa, primum duodeni flexum omnino perire, & inteſtinum hoc a ventriculo directe deſcendere. Diverſas itaque præparationes eſſe inſtituendas cenſui, diverſo adſpectu duodenum eſſe delineandum, putavi, ut ex pluribus demum figuris cognoſcatur, quod unica exprimere non licet.

ductus choledochum canalem ſibi immiſſum recipit. Paulo prius capſulam renalem dextram contingit. Inde tertius ductus ſequitur, & nunc ab inferiori lamina meſocoli fulcitur, eam inter & ſuperiorem interceptum. Transverſum ergo ſiniſtra repetit, pone pancreas, pone venæ portarum principem truncum, & pone arteriam meſentericam, ſocium fere venæ renalis, ſed anterius, ante aörtam arteriam venamque cavam, ut una tamen adſcendat. Etiam hic alternas habet, ſed exiguas, flexiones. Quando nunc ad eorum magnorum vaſorum, pervenit, quæ diximus, ſiniſteriora, tunc flexu facto emergit antrorſum, & inſigniter ſurſum, & per foramen proprium, in quo meſocolon transverſum & naſcens meſenterium conveniunt, deſcendit in partem abdominis, quæ eſt infra meſocolon transverſum. Quando ex eo foramine prodiit, jam mutato nomine, dicitur jejunum.

CAPUT SECUNDUM.

Præparationum, ad icones parandas institutarum, enarratio.

Probe gnarus, quantæ mutationes, quoad situm viscerum, observentur in corporibus, quibus, incurvata spina (*), thoracis ossea compages a naturali statu maxime recedit, quibus, per longum temporis spatium, sæpe per totius vitæ decursum, pectus cum superiore abdominis parte, insigniter fuit compressum, ut in sequiori sexu, qui, rigidissimis thoracibus, pulchram formam acquirere studens, naturalem & decoram membrorum compositionem frequentius vitiat, & omnia pectoris abdominisque viscera graviter afficit (*a*), toties contingit; & duodeni vicinarumque partium sedem hac de causa multum mutari (*b*), expe-

(*) Conf. Morgagni de sed. & caus. morb. Epist. 27. art. 31. Epist. 4. art. 16. Ludwig Progr. cont. observ. in sectione cadaveris fœminæ p. 5. 6. Doct. a Roy de Scoliosi. pag. 133.

(*a*) Winslow Mem. de l'Acad. des Sciences 1741. pag. 234. edit. Amst. Platner Opuscul. Medic. Tom. 1. pag. 143.

(*b*) Ludwig de situ viscerum in infimo ventre. pag. 8.

experientia edoctus, cadavera, variæ quidem ætatis, sed omnia bene conformata, amploque thorace gaudentia, selegi, ut, diversis præparationibus institutis, adjectæ pararentur icones. Quum enim tot partibus cingitur, tot contegitur, quum vasa alia ante, alia pone hoc intestinum, decurrunt, non possibile fuit, cuncta, quæ ad rite intelligendam sedem duodeni requiruntur, paucis exhibere figuris.

Necessarium primo loco visum fuit, duodenum delineare, prout sese offert, quando omentum atque colon sublata sunt, hepar vero thoracis, penitus clausi, margini sic appressum tenetur, ut totum duodenum liberum sit, simulque ostendere, qua ratione sese subjiciat mesenterio, cum quo confluit mesocolon, quomodo vasa per mesenterium ante duodenum decurrant. Aperto itaque abdomine, reclinatis integumentis, musculis, peritonæo (*c*), sublato omento, ligato & abscisso colo, ubi ex cæco (*d*) progreditur, partem hujus intestini una cum adnexo mesocolo abstuli, partem, eidem membranæ nexam, versus latus sinistrum reclinavi, & thoracis margini adposui (*e*). Cæcum, naturali sede firmiter nexum, una cum proximo ileo (*f*) servavi; reliquam ilei, jejunique (*g*) partem a me-

(*c*) Tab. I. a. a. a. a.
(*d*) Tab. I. α.
(*e*) Tab. I. g. g. f. f.
(*f*) Tab. I. z.
(*g*) Tab. I. η.

mesenterio (*h*) abstu li; mesenterii vero lamellam anteriorem (*i*) separavi; denique parvam aëris quantitatem principio jejuni (*k*) immisi, sic ut parumper adsurgeret duodenum (*l*), aër vero per contractum pylorum ventriculum (*m*) non intraret. Nata sic icon, quæ tabula prima exhibetur.

Ventriculi, mesocolo reflexo (*n*) tecti, non nisi pars dextra, ad pylorum terminata (*o*), conspicitur; hunc ambit duodenum (*p*), inde sursum retrorsumque (*q*) tendens, superiori hac sua curvatura ad altitudinem penultimæ dorsi vertebræ adscendens; pertingit porro ad vesiculam felleam (*r*), indeque descendit (*s*), inter lobum hepatis maximum (*t*), nunc sublatum, & pectoris margini appressum, atque inter renem (*u*). Ad hujus partem concavam atque inferiorem ubi pervenit, inter tertiam, quartamque lumborum a dorso vertebram, sursum iterum adscendit (*v*), mesenterio tectum (*w*), pone ventriculum sese recondit,

flexu-

(*h*) Tab. I. s. t. t.
(*i*) Tab. I. q. q.
(*k*) Tab. I. n.
(*l*) Tab. I. i. i. k. l. l. l. m.
(*m*) Tab. I. h.
(*n*) Tab. I. g. g.
(*o*) Tab. I. h.
(*p*) Tab. I. i. i.
(*q*) Tab. I. k.
(*r*) Tab. I. e.
(*s*) Tab. I. l. l.
(*t*) Tab. I. c. inf.
(*u*) Tab. I. y.
(*v*) Tab. I. l. m.
(*w*) Tab. I. p. p. q. q.

flexuque facto, ad altitudinem vertebræ lumborum a dorso secundæ, ex mesenterio, inter illud atque mesocolon (x) egreditur, & in jejunum (y) terminatur. Convexa ergo, magisque æquabilis, pars duodeni est, quæ latus corporis dextrum respicit (z); concava, rugosa quasi, & diversis locis contracta, quæ versus latus sinistrum dirigitur (a), & hanc partem adimplet pancreas, quod supra intestinum sese etiam extendit, illudque tegit (b). Mesenterium, ex lumbis ortum, inter ventriculum & duodenum penetrat (c), cavumque abdominis intrans sese in tantam expandit latitudinem (d), ut integer tenuium intestinorum canalis ei adhærere possit. Cohæret cum illo mesocolon (e), quod a peritonæo, lumborum vertebras partesque ipsis appositas investiente (f), productum, & intestini coli tractui adhærens (g), etiam ibi cum mesenterio confluit, ubi ileum (h) in cæcum (i) desinit. Per hoc mesenterium, inter duas, quibus componitur, lamellas (k), decurrit vena meseraica magna (l), venæ portarum ramus maximus, quæ, ex intesti-

(x) Tab. I. inter q. & r.
(y) Tab. I. n.
(z) Tab. I. k. l. l. l.
(a) Tab. I. i. i. m.
(b) Tab. I. o. o.
(c) Tab. I. p. p. q. q.
(d) Tab. I. s. t. t.
(e) Tab. I. r. g. g.
(f) Tab. I. u.
(g) Tab. I. v. γ. γ. γ.
(h) Tab. I. z.
(i) Tab. I. α.
(k) Tab. I. p. q. q.
(l) Tab. I. w.

teſtinis pluribus ramis orta, ante duodenum ſeſe manifeſtat, dein vero ſeſe huic inteſtino ſubjicit, & in truncum venæ portarum, oblique ad hepar tendentem, ſeſe evacuat. A latere dictæ venæ ſiniſtro arteria meſenterica ſuperior (*m*) deſcendit, quæ, ex aörta, infra cœliacam, originem trahens, multis ramis tubum inteſtinalem petit.

Primâ itaque tabulâ nudum conſpicitur duodenum, prout in latere dextro ſeſe manifeſtat, partesque cernuntur variæ, quæ ipſi incumbunt, ubi, ſpinæ dorſi contiguum, pone meſenterium procedit, nullæ vero ex iis, quæ inter ſpinam atque duodenum dantur, partes in oculos incurrunt.

Ut ergo partes illæ, vaſa præſertim, quæ pone duodenum ſunt, conſpici poſſent, alia opus fuit præparatione. Cadaveris adulti viri abdomine aperto (*n*), tum craſſa, tum tenuia inteſtina, omnia exemi, a meſocolo & meſenterio ſic abſciſſa, ut hæc peritonæi productio integra permanſerit, & verſus latus ſiniſtrum reclinari valuerit (*o*). Clauſus manſit thorax, ne ſitus viſcerum, ſuperiorem abdominis partem occupantium, turbaretur. Præparatas partes omnes dum delineavit, ad pedes cadaveris ſtetit, pictor, dum,

(*m*) Tab. I. x.

(*n*) Tab. II. Fig. 1. a. a. a. a.

(*o*) Tab. II. Fig. 1. k. k.

dum, ut primam pararet iconem, cuncta a latere dextro contemplatus est, sicque secundâ tabulâ exhiberi potuerunt multa, quæ in prima frustra quæruntur.

Ventriculus (*p*), inter hepar (*q*) lienemque (*r*) situs, a sinistris ad dextra descendens, fundo parumper antrorsum promotus, & immisso aëre aliquantum turgidus, ostio dextro (*s*) parum adscendit: duodenum autem (*t*), pylorum amplectens, parum adscendens, sed simul retrorsum decurrens, cystim felleam (*u*) attingit, dein flectit se, descendit ad renem (*v*), sic ut nunc antrorsum magis promineat; nunc retrorsum sese subripiat, nunc iterum ab anteriore plenius sese manifestet, & quasi complicatum sit. Ultra mediam renis partem ubi pervenit, rursus incurvat sese; per transversum abdomen aliquantisper progreditur, incumbens venæ renali dextræ, vasis spermaticis (*w*), ureteri (*x*), venæ cavæ (*y*), aörtæ (*z*); unde arteria mesenterica inferior (*a*) procedit; pone mesenterium (*b*) progreditur;

(*p*) Tab. II. Fig. 1. e. e.
(*q*) Tab. II. Fig. 1. b. b.
(*r*) Tab. II. Fig. 1. r.
(*s*) Tab. II. Fig. 1. f.
(*t*) Tab. II. Fig. 1. g. g. g.
(*u*) Tab. II. Fig. 1. c.
(*v*) Tab. II. Fig. 1. l.
(*w*) Tab. II. Fig. 1. u.
(*x*) Tab. II. Fig. 1. v.
(*y*) Tab. II. Fig. 1. q.
(*z*) Tab. II. Fig. 1. n.
(*a*) Tab. II. Fig. 1. p.
(*b*) Tab. II. Fig. 1. k. k.

ditur, & cum eo pone ventriculum (c) delitescit, donec, mesenterio egrediens, sese iterum manifestet, sed in sinistro latere, atque in jejunum (d) desinat.

Alia rerum facies sese offert, quando ventriculus sic attollitur, ut fundus, a quo procedit anterior omenti lamella, sursum dirigatur (e); descendit tunc pylorus (f), duodeni adscensus, superiorque curvatura, pereunt. Demittit se a pyloro directe inter hepar (g), atque renem dextrum (h), donec ad hilum renis perveniens sese incurvet (i), mesenterio subjiciat (k), pone illud, vasaque, per hanc membranam decurrentia (l), adscendat, &, versus anteriora promotum, ex mesenterio exeuns, terminetur in jejunum (m).

Quando ventriculus maxime repletur, sic adsurgere solet, ut major curvatura versus anteriora non tantum dirigatur, verum totus quasi invertatur, simulque orificium dextrum retrorsum deorsumque vergat. Ut hoc ostendi valeret,

(c) Tab. II. Fig. 1. e.
(d) Tab. II. Fig. 1. h.
(e) Tab. II. Fig. 2. a. a. b. b.
(f) Tab. II. Fig. 2. c.
(g) Tab. II. Fig. 2. h. h.
(h) Tab. II. Fig. 2. g.
(i) Tab. II. Fig. 2. d. d. d.
(k) Tab. II. Fig. 2. k. k.
(l) Tab. II. Fig. 2. l.
(m) Tab. II. Fig. 2. e.

ret, & ſimul interiora paterent, aperto infantis abdomine, ligato & abſciſſo colo, ſublatis tenuibus inteſtinis, omento, reclinato ad marginem thoracis hepate, aëre ſic implevi ventriculum atque duodenum, ut partes hæ inſigniter intumeſcerent; factam ſic præparationem frigidiſſimo aëri expoſui, partes congelatas abdominis cavo exemi, anteriorem ventriculi & duodeni partem abſcidi, ſicque forma & capacitas ventriculi (*n*), orificium ſiniſtrum (*o*), pylorus (*p*), duodenum (*q*), apertura ductus choledochi & pancreatici (*r*), dicti inteſtini (*s*) decurſus pone meſenterium (*t*), jam pro parte ablatum, ipſius tranſitus in jejunum (*u*), pancreas (*v*), aliaque optime ſeſe monſtrarunt.

Ortus, ſitus, decurſusque, duodeni videntur præcedentibus tabulis ſatis bene exhiberi, verum exitus ipſius ex ſuperiori abdominis camera in inferiorem, tranſitus in jejunum, tum demum rite apparent, quando meſocolon cum colo attollitur, ſublatum vero, & ad marginem thoracis reclinatum, ſuſtinetur; remotis tenuibus, & ad aliquam a prin-

(*n*) Tab. II. Fig. 3. c. c.
(*o*) Tab. II. Fig. 3. e.
(*p*) Tab. II. Fig. 3. f.
(*q*) Tab. II. Fig. 3. g. g. g.
(*r*) Tab. II. Fig. 3. n.
(*s*) Tab. II. Fig. 3. g. g.
(*t*) Tab. II. Fig. 3. m. m.
(*u*) Tab. II. Fig. 3. h.
(*v*) Tab. II. Fig. 3. i. i.

principio jejuni diſtantiam, tum ab ipſo hoc, tum a meſenterio, abſciſſis. Talem præparationem Tabula tertia exhibet. Prima quidem figura totum ferme meſocolon (*w*), cujus inferiori & laterali ſiniſtræ parti incumbit meſenterium (*x*), nexum ipſius cum meſenterio, tum ubi exit duodenum (*y*), tum ubi tenue ultimum in craſſorum primum terminatur (*z*), monſtrat; quæ ut tanto melius percipi poſſent, meſocolon in utroque latere ſic liberatum eſt; ut attolli, & visceribus, laterales abdominis partes occupantibus, imponi potuerit. Medio in meſocolo (*a*) duodenum (*b*) exit de ſuperiore abdominis parte, ſic ut lamina meſocoli ſuperior ſupra duodenum pergat, eique, ac proximo jejuno, externam tunicam præbeat; oſtendit hoc ſecunda ejusdem tabulæ figura, quæ partem meſocoli transverſi (*c*), meſenterium (*d*), harum membranarum continuationes (*e*), monſtrat; dum tertia meſenterium, juxta inteſtinum, nunc reclinatum (*f*), adſcendens (*g*), pariter in externam inteſtini membranam continuatum (*h*), depingit.

Ut

(*w*) Tab.III.Fig.1.a.b.b.c.d.d.
(*x*) Tab.III.Fig.1. f.f.g.g.g.
(*y*) Tab.III. Fig.1. e.
(*z*) Tab.III. Fig.1. h.i.a.d.
(*a*) Tab.III. Fig.1.e.
(*b*) Tab.III. Fig.1. m.
(*c*) Tab.III. Fig.2. b.b.b.
(*d*) Tab.III. Fig.2. d.d.
(*e*) Tab.III. Fig.2. c.e.
(*f*) Tab.III. Fig.3.d.
(*g*) Tab.III. Fig.3. c.c.c.
(*h*) Tab.III. Fig.3. e.e.

Ut mesenterium, sic mesocolon, suam originem a peritonæo trahit. Ubi quippe colon ultimam suam flexuram format (*i*), peritonæum productionem, similem mesenterio, emittit (*k*), quæ illam coli flexuram sequitur, & intestinum in ea firmat ac sustinet. Hæc peritonæi productio mesocolon est, & sequitur totum tractum intestini coli, cum eoque versus lienem adscendit; hoc mesocolon sinistrum est (*l*). Inde a liene similis, & priori continua, peritonæi productio, & multo laxior, ex transverso excurrit versus hepar, infra ventriculum; hoc mesocolon transversum dicitur (*m*), colon transversum a liene ad hepar sustinens. Inde porro ab hepate cum colo inflexum descendit dextrorsum in cæcum, & hujus appendicem vermiformem (*n*), & mox ipsi mesenterio continuatur (*o*); hoc mesocolon dextrum (*p*) appellatur (*q*).

Decurrens descripto modo transversum mesocolon membranam sistit, diaphragmati nonnihil analogam, licet hujus for-

(*i*) Tab. I. γ. γ.

(*k*) Tab. I. u. Tab. III. Fig. 1. 2. 3. a.

(*l*) Tab. III. Fig. 1. a. b. b.

(*m*) Tab. I. g. g. Tab. II. Fig. 1. b. c. d.

(*n*) Tab. I. s. Tab. III. Fig. 1. d. d.

(*o*) Tab. I. t. t. Tab. III. Fig. 1. d. f. f. g. g. g.

(*p*) Tab. III. Fig. 1. d. d.

(*q*) Conf. Marherr Prælect. in H. Boerhave Instit. Medic. Tom. 1 pag. 482. Haller Elem. Physiol. vol. 7. pag. 355. seq.

fornici non accurate reſpondentem, ſed planiorem, & obliquo ſitu ſiniſtrorſum magis adſcendentem, quæ cavum abdominis in ſuperiorem & inferiorem cameram dividit. Superior camera inter fornicem diaphragmatis & meſocolon transverſum datur; hæc, a parte dextra amplior, hepar, lienem, medioque inter hæc viſcera loco ſitum ventriculum, ac duodenum, continet; ventriculus autem mediam & anteriorem partem ita occupat, ut ſiniſtrorſum magis vergat, &, dum in dextro latere extremitatem parvam ſub hepatis partem convexam quodammodo abſcondit, magna extremitate ſiniſtram partem ſuperioris abdominis cameræ ferme totam occupat, & ſub cavum diaphragmatis ita ſeſe demittit, ut marginem lobi hepatis minoris, ſiniſtrorſum ſpectantem, a margine lienis ſuperiore diſtinguat (*r*). Ventriculus itaque oblique poſitus eſt, atque extremitas major longe ſuperior, quam minor, deprehenditur (*s*); magna curvatura ſiniſtrorſum & extrorſum vertitur, minor concavam hepatis partem reſpicit. Cardia tamen & pylorus non multum diſtant, ſed ob ſingularem ventriculi flexum a parte interiore ſatis propinqua ſunt (*t*), præſertim, ſi ventriculus diſtentus, curvatura magna valide expanſa, eſt. Inferior camera,

(*r*) Ludwig de ſitu viscerum in infimo ventre. pag 10.

(*s*) Tab. II. Fig. 1. e. ſup. Tab. (*t*) Tab. II. Fig. 3. e. f. I. h.

mera, fub mefocolo transverfo invenienda, amplior, inteftinis, per mefenterium, curiofiffime flexum & reflexum, in fuo fitu retentis; renibus, fed lumbis pone peritonæum appofitis; & denique, cum pelvi unam eandemque capacitatem conftituens, organis, ex naturæ lege ibi inveniendis, locum præbet.

Duodenum fefe fubjicere mefenterio, pone illud, ante venam cavam, renalem dextram, aörtam, adfcendere, ex figuris, hactenus expofitis, fatis conftat; verum confpici ille decurfus nequit, nifi, fublata tota dorfi fpina, una cum mufculis, a latere ipfius inveniendis, reclinato diaphragmate, ligatis, difciffisque vafis, quæ inter fpinam atque peritonæum funt, vena cava, aörta, fublatis etiam renibus, aperto dein, & a duodeno, cui membranam externam dat, feparato peritonæo, cuncta, quæ abdomine continentur, vifcera, fuo in fitu a pofteriore examinantur, dum abdomen ab anteriore perfecte claufum eft. Talem viscerum confpectum ex infante Tabula quarta exhibet. Eandem præparationem in adulti hominis cadavere repetii, perfuafus, fummæ utilitatis effe, ut a pofteriore partes, quotquot in collo, thorace, abdomine, dantur, quotannis demonftrentur, fed tali modo partes inter fefe conveniebant, ut vifum non fuerit, iconem, ad tale corpus paratam, reli-

quis addere. Lateralis vero earundem partium conſpectus, quo nonnulla melius in oculos incurrunt, Tabulæ quartæ figura ſecunda exhibitus; & præcedenti ſimilis præparatio, in neonato infante inſtituta, quam Tabulæ quintæ figura prima oculis offert, ſua utilitate non carere videbantur.

Oeſophagus (*u*), per partem carneam diaphragmatis (*v*) ubi penetravit, ſeſe explicat in ventriculum (*w*), verſus latus ſiniſtrum maxime expanſum. Huic lateri appoſitus lien eſt (*x*), qui, expanſo ventriculo, dum oſſa, jam ſublata, partes non amplius ſuſtinent, deſcendere ſolet. A liene pone ventriculum pancreas (*y*) decurrit, ſeque concavæ duodeni parti adplicat. Hujus inteſtini principium nunc in oculos incurrere nequit, verum decurſus ipſius inter hepar (*z*) atque renem, ſublatum, curvatura inferior, adſcenſus (*a*) pone meſenterium, a lumbis abſciſſum (*b*), tanto apparent melius. Meſenterium, inter duodenum & ventriculum,

(*u*) Tab. IV. Fig. 1. 2. b. Tab. V. Fig. 1. b.

(*v*) Tab. IV. Fig. 1. 2. a. a. Tab. V. Fig. 1. a.

(*w*) Tab. IV. Fig. 1. c. c. Fig. 2. c. Tab. V. Fig. 1. c.

(*x*) Tab. IV. Fig. 1. f. Fig. 2. l. l. Tab. V. Fig. 1. f.

(*y*) Tab. IV. Fig. 1. g. g. Fig. 2. m. m. m. Tab. V. Fig. 1. l. l. l.

(*z*) Tab. IV. Fig. 1. d. Fig. 2. d. d. Tab. V. Fig. 1. d. d.

(*a*) Tab. IV. Fig. 1. h. h. h. Fig. 2. g. g. g. Tab. V. Fig. 1. o. o. o.

(*b*) Tab. IV. Fig. 1. k. Fig. 2. h. Tab. V. Fig. 1. k.

lum, verſus anteriora progrediens, in cavum abdominis ſeſe explicat, &, ab anteriore illam duodeni partem, quæ ſpinæ dorſi accumbit, & cujus latus poſterius nunc nudum conſpicitur, integens (*c*), ſeſe infra hoc inteſtinum monſtrat (*d*). Portarum vena, quæ ex meſeraica majore, minore, & lienali, producitur, pone duodenum ad hepar tendit (*e*), concomitatur eandem arteriæ cæliacæ, jam ab aörta ſolutæ, ramus dexter (*f*), & canalis choledochus (*g*), qui, ex cyſtico & hepatico ductu enaſcens, ad pancreaticum accedit, pone inteſtinum deſcendit, & aperto oſtio intra illud hiat (*h*); quæ vaſa omnia unicum in fasciculum collecta, & celluloſæ ope nexa, eſſe ſolent (*i*).

Ut denique pateat, qualem mutationem, una cum viſceribus reliquis, ſubeat duodenum, quando thorax oſſeus naturalem amiſit formam & vel ſolus difformis eſt, vel ſpina dorſi ſimul incurvata exiſtit, ultimam iconem, poſt factam in tali corpore, dictam ſæpius, præparationem, addendam eſſe

(*c*) Conf. Tab. I. p. p. r. q. q. t. t. Tab. II. Fig. 1. k. k. Fig. 2. k. k. Fig. 3. m. m.

(*d*) Tab. IV. Fig. 1. l. l. l. Fig. 2. i. i. i. i. Tab. V. Fig. 1. q. q.

(*e*) Tab. V. Fig. 1. m.

(*f*) Tab. V. Fig. 1. i.

(*g*) Tab. V. Fig. 1. h.

(*h*) Tab. II. Fig. 3. n.

(*i*) Tab. IV. Fig. 1. i. Fig. 2. f.

esse judicavi. Hepar (*k*), a diaphragmate (*l*) recedens, deorsum propulsum est. Ventriculus (*m*) oblique versus medium abdomen descendit. A pyloro (*n*) duodenum per transversum tendit ad hepatis marginem infimum (*o*), & vesiculam felleam, hic loci non tantum conspicuam, sed multum prominentem (*p*); inde mox reflectitur (*q*), iterum per transversum abdomen pone mesenterium (*r*) decurrit, & fit jejunum (*s*). Renes demissiori loco apparent (*t*), dexter parte sua laterali externa ossi ileo accumbit, sicque quasi inversus est (*u*).

Ex descripto hactenus, delineatoque, situ duodeni, liquet, egregie digestioni consuluisse providam naturam, designatum, non vero alium, situm notabili huic intestino concedendo; dum enim in determinata sede hæret, progressu suo, maxime flexuoso & incurvo, alimenta ad tempus retinet, efficit, ut cum utraque bile & succo pancreatico intime misceri possint, exquisitissimam digerendorum elaborationem præstat; alimenta enim semidigesta ex ventriculo re-

(*k*) Tab. V. Fig. 2. c. d.
(*l*) Tab. V. Fig. 2. b.
(*m*) Tab. V. Fig. 2. f. f.
(*n*) Tab. V. Fig. 2. g.
(*o*) Tab. V. Fig. 2. h. h. sup.
(*p*) Tab. V. Fig. 2. l.
(*q*) Tab. V. Fig. 2. h. h. inf.
(*r*) Tab. V. Fig. 2. i. i.
(*s*) Tab. V. Fig. 2. k.
(*t*) Tab. V. Fig. 2. n. n. o.
(*u*) Tab. V. Fig. 2. n. n.

recipit, ad tempus retinet, lentius movet, digerentium liquorum admixtionem abſolvit, & alimenta, vere digeſta, ad jejunum propellit (*k*). Hoc autem latiori expoſitione non indiget, omnes enim ferme, qui de functionibus corporis noſtri ſcripſerunt, hæc aſſumſerunt, hæc explicuerunt, quemadmodum etiam probarunt, duodenum, a partibus vicinis, morbo adfectis, ventriculo e ſede dimoto, hepate mole & pondere aucto, veſicula fellea, calculis diſtenta, colo nimis tumente, glandulis meſenterii ſcirrhoſis, rene dextro varie adfecto, lædi, illudque pariter, nimis diſtentum, in dictas, vicinas, partes, malos diverſi generis effectus edere, debere; quæ omnia ex nexu partium inter ſe abunde explicantur.

(*k*) Conf. Clauſſen de ſitu & nexu inteſtini duodeni §. 20. Theſaur. Diſſertat. vol. 3. pag. 286.

CAPUT TERTIUM.

Figurarum Explanatio.

TABULÆ I.

Conſpectus viscerum nonnullorum abdominalium, præcipue duodeni, partiumque, ante hoc inteſtinum decurrentium; reflexo colo, ſublata inteſtinorum tenuium parte longe maxima.

a. a. a. a. Peritonæum, Muſculi, Integumenta abdominis reclinata.

b. Lobus hepatis ſiniſter.

c. c. Lobus hepatis dexter.

d. Ligamentum rotundum lato annexum, & una cum eodem peritonæo reflexo adhærens.

e. Veſicula fellis.

f. f. Colon, quod, in latere dextro abſciſſum, ligatum, margini ſiniſtro thoracis adplicatum eſt.

g. g.

g. g. Mesocolon una cum colo sublatum, & prominenti subtus ventriculo incumbens.

h. Pars ventriculi dextra versus pylorum sese contrahens, mesocolo non tecta.

i. i. Principium duodeni a pyloro.

k. Pars duodeni, quæ a pyloro adscendit.

l. l. l. Pars, quæ juxta hepar c. & renem y. descendit.

m. Curvatura ipsius inferior, ubi sese mesenterio subjicit.

n. Duodenum ex mesenterio emergens, & sub ventriculo, pone mesocolon g. g. abscondito, sese manifestans.

o. o. Pancreas, concavam duodeni partem adimplens, illudque pro parte tegens.

p. p. Mesenterium, inter ventriculum h. & duodenum m. emergens, & ab altera sua, eaque anteriore, lamella, liberatum, ut vasorum decursus pateat.

q. q. Margo sectæ lamellæ anterioris mesenterii.

r. Confluxus mesocoli cum mesenterio.

s. Mesenterii portio ad finem intestini ilei tendens.

t. t. Fimbriæ mesenterii, a quibus resecta intestina tenuia sunt.

u. Peritonæum, lumborum vertebris inferioribus appositum.

v. Mesocoli pars, ad finem coli tendens, & a peritonæo, lumborum vertebris apposito, enascens.

w. Vena meseraica magna.

x. Arteria mesenterica superior.

y. Ren dexter.

z. Ilei intestini finis.

α. Cæcum.

β. β. Appendix vermiformis.

γ. γ. γ. Colon, sensim versus pelvim descendens.

δ. Vesica urinaria, distenta, & ultra ossa pubis insigniter prominens.

ε. ε. Musculi Psoæ, quibus accumbunt, prouti solent, vasa varia, non distincta, quippe peritonæo tecta.

TABULÆ II.

Fig. 1.

Ventriculi, hepatis, lienis, duodeni ſitus a parte anteriore, una cum vaſis, quæ pone dictum inteſtinum incedunt.

a. a. a. a. Peritonæi, una cum muſculis & integumentis reclinati, lamellæ.

b. b. Hepar.

c. Veſicula fellis.

d. Ligamentum latum & rotundum hepatis.

e. e. Ventriculus.

f. Pylorus.

g. g. g. Duodeni ortus, decurſusque.

h. Jejunum.

i. Lien.

k. k. Meſenterium, a quo inteſtina tenuia abſciſſa ſunt, verſus latus ſiniſtrum reclinatum.

l. Ren dexter.

m. m. Muſculi Pſoæ.

n. Aörta.

o. o. Arteriæ iliacæ.

p. Arteria meſenterica inferior.

r. Vena iliaca dextra.

s. Vena iliaca ſiniſtra.

t. Vertebra lumborum ultima.

u. u. Vaſa ſpermatica.

v. v. Ureteres.

w. Veſica urinaria.

Fig. 2.

Duodeni inter hepar atque renem deſcenſus, decurſusque pone meſenterium, ſublato ventriculo.

a. a. Ventriculus, ſic ſurſum reclinatus, ut curvatura inferior jam ſit ſuperior.

b. b. Curvatura ventriculi major, unde abſciſſum omentum eſt.

c. Pylorus.

d. d. d. Duodeni defcenfus juxta hepar h. h. ad renem g., donec fefe fubjiciat mefenterio l.

e. Duodenum e mefenterio exeuns, in jejunum mutatum.

f. Lien.

g. Ren dexter.

h. Hepar.

i. i. Cyftis fellea.

k. k. Mefenterium.

l. Pars mefenterii, quæ ante duodenum apparet, & in qua vena meferaica major & arteria mefenterica confpiciuntur.

m. m. Pancreas, arcum duodeni adimplens, huicque inteftino pro parte impofitum.

Fig. 3.

Interiora ventriculi atque duodeni; fuperficie horum vifcerum anteriore, fectione ablata, reclinato hepate, abfcisfa portione mefenterii, quæ ante hoc inteftinum defcendit.

a. a. a.

a. a. a. Hepar, margini thoracis appreſſum.

b. Veſicula fellea.

c. c. Capacitas ventriculi, ejusque ſuperficies poſterior, anteriore parte ſectione ablata.

d. d. d. d. Margo ventriculi ſecti.

e. Cardia.

f. Pylorus, medio diſſectus, ſic ut prominentis valvulæ portio appareat.

g. g. g. Duodenum apertum.

h. Ileum.

i. i. Pancreas, arcum duodeni adimplens.

k. Ren dexter.

l. Lien.

m. m. Pars meſenterii, duodeni infimo margini appoſita, dum ea portio, quæ inteſtinum hoc integit, una cum ejus membranis ablata eſt.

n. Apertura ductus choledochi & pancreatici.

TABULÆ III.

Fig. 1.

Meſocoli a peritonæo ortus, ejusdem cum meſenterio confluxus; coli nexus cum meſocolo; ilei in cæcum tranſitus; duodeni ex camera abdominis ſuperiore in inferiorem progreſſus.

a. Peritonæum, lumbis appoſitum, verſus ſiniſtrum latus tendens, & meſocolon ſiniſtrum formans.

b. b. Meſocolon ſiniſtrum.

b. c. d. Meſocolon transverſum, una cum colo ſublatum, & ad marginem thoracis expanſum.

d. d. Meſocolon dextrum.

e. Meſocoli confluxus cum meſenterio.

f. f. Meſenterium.

g. g. g. Fimbriæ meſenterii, a quibus abſciſſa tenuia inteſtina ſunt.

h. Ileum.

i. i. Cæcum, cujus appendicula ſic pone hoc inteſtinum erat contorta, ut conſpici hoc in ſitu non potuerit.

k. k. k. k. Colon.

l. l. l. l. Unum ex tribus ligamentis, hoc inteſtinum ſic contrahentibus, ut bene multæ cellulæ producantur.

m. Duodenum, ex ſuperiori abdominis camera in inferiorem penetrans, atque in jejunum deſinens.

Fig. 2.

Meſocoli in externam duodeni tunicam continuatio.

a. Peritonæum, de lumbis ſeparatum, in meſocolon ſiniſtrum abeuns.

b. b. b. Meſocoli, a colo reſecti, pars media.

c. Meſocoli & meſenterii confluxus.

d. d. Meſenterium, verſus latus dextrum, in diverſas plicas compoſitum.

e. Duodenum, e ſuperiori abdominis camera in inferiorem penetrans, meſocoli lamina externa inveſtitum.

Fig. 3.

Fig. 3.

Mesenterium, in externam duodeni tunicam continuatum.

a. Peritonæum, de lumbis separatum, in mesocolon sinistrum abeuns.

b. b. b. Mesocoli, a colo resecti, pars media.

c. c. c. Mesenterium, versus latus dextrum in diversas plicas compositum.

d. Duodenum, e superiori abdominis camera in inferiorem penetrans, nunc sursum reflexum.

e. e. Mesenterii lamella externa duodenum jejunumque investiens.

TABULÆ IV.

Fig. 1.

Ventriculi, hepatis, lienis, duodeni, aliorumque intestinorum, situs a parte posteriore.

a. a. Diaphragmatis partes ſurſum reclinatæ.

b. Oeſophagus per diaphragma ad ventriculum tendens.

c. c. Ventriculus, maxime verſus ſiniſtrum latus expanſus.

d. Hepatis lobus dexter.

e. Vena cava inferior, juxta hepar adſcendens, illudque penetrans.

f. Lien.

g. g. Pancreas, a liene, pone ventriculum, ad duodenum tendens.

h. h. h. Duodenum, pone meſenterium, nudum ſeſe exhibens, a quo abſciſſum peritonæum, quod abit in ipſius membranam externam, & illud tum per priora ſurſum & ſiniſtrorſum veſtit.

i. Faſciculus vaſorum hepaticorum.

k. Radix meſenterii a lumbis ſeparata.

l. l. l. Meſenterium, infra duodenum ſeſe rurſus manifeſtans.

m. m. m. &c. Inteſtinorum tenuium circumvolutiones.

n. n. Coli pars ad pelvim tendens. De inteſtinis craſſis nil porro oculis ſeſe obtulit.

Fig. 2.

Fig. 2.

Earundem partium conſpectus lateralis.

a. a. Diaphragmatis partes ſurſum reflexæ.

b. Oeſophagus per diaphragma ad ventriculum tendens.

c. Ventriculus.

d. d. Hepar.

e. Vena cava inferior, juxta hepar adſcendens, illudque penetrans.

f. Faſciculus vaſorum hepaticorum.

g. g. g. Duodenum, pone meſenterium, nudum.

h. Meſenterii radix, a lumbis abſciſſa.

i. i. i. i. Meſenterium, infra duodenum, ſeſe rurſus monſtrans.

k. k. k. k. Inteſtina tenuia.

l. l. Lien.

m. m. m. Pancreas.

TABULÆ V.

Fig. 1.

Eædem partes, quas Tab. IV. Fig. 1. monſtrat, aliæque, quæ dicta figura non adeo facile conſpiciuntur, a poſterio-re exhibitæ.

a. a. Diaphragmatis partes, ſurſum reclinatæ.

b. Oeſophagus, per diaphragma ad ventriculum pene-trans.

c. Ventriculus, pro parte liene tectus, ſeſe verſus latus ſiniſtrum expandens, ſic tamen, ut hoc in latere portio he-patis, in infante ſemper inſignem molem habentis, conſpi-ciatur.

d. d. d. Hepar.

e. Vena cava inferior, juxta hepar adſcendens, illudque viſcus demum intrans.

f. Lien.

g. Veſiculæ felleæ, collapſæ, portio.

h. Ductus choledochus.

i. Arteriæ cœliacæ ramus dexter, hepaticus.

k. Mesenterium, hic a lumbis resectum, versus anteriora incedens, dein infra duodenum sese rursus monstrans. q. q.

l. l. l. Pancreas, a liene, pone ventriculum, ad duodenum accedens.

m. Vena portarum, jam jam hepar ingressura.

n. Ramus venæ portarum a liene juxta pancreas procedens.

o. o. o. Duodenum, pone mesenterium decurrens, & nudum sese monstrans.

p. p. p. Intestina tenuia.

q. q. Mesenterium, infra duodenum rursus conspicuum.

r. r. r. Glandulæ, per mesenterium dispersæ, hoc in corpore admodum conspicuæ.

s. s. t. t. v. v. v. w. w. w. x. x. y. Colon. Hoc, ex cæco enatum s. s., adscendens ante renem dextrum ad hepar, per anteriora abdominis decurrebat, sic ut ab hepate ad pelvim fere descenderet, inde ad lienem adsurgens curvaturam magnam faceret, hoc in loco insigniter contractum; tum in sinistro latere infra lienem sese monstrabat, parum dilatatum t. t.; dein, rursus contractum, versus medium abdominis

ten-

tendebat, & adſcendendo anſam quaſi formabat. v. v. v.; porro multo magis dilatatum a ſiniſtro latere verſus dextrum progrediebatur w. w. w., iterum verſus ſiniſtrum latus reflectebatur x. x. & denique in inteſtinum rectum y. deſinebat.

Fig. 2.

Addita hæc ultima figura eſt, ut pateat, qualem mutationem ſubeat inteſtinum duodenum, morboſo in ſtatu, exhibet quippe Hepatis, Ventriculi, Duodeni, Renum, aliarumque partium ſitum in cadavere, cujus ſpina dorſi, thoraxque, multum a naturali ſanoque recedebant ſtatu.

a. a. a. a. Peritonæi, una cum muſculis & integumentis diſſecti, reclinatæ lamellæ.

b. Diaphragma, hic loci non facile ſeſe monſtrans, ſed ob depulſum verſus cavum abdominis hepar nunc maxime conſpicuum.

c. Hepatis lobus ſiniſter.

d. Lobus dexter hepatis.

e. Li-

e. e. e. Ligamentum latum hepatis, quod, a diaphragmate descendens, insignem latitudinem habet ob hepar, maxime depulsum, & in reclinatam peritonæi, cujus propago est, lamellam evanescit.

f. f. Ventriculus.

g. Pylorus.

h. h. h. h. Duodenum, quod a pyloro per transversum abdomen tendit ad hepatis marginem infimum, & vesiculam felleam, inde reflectitur, & per transversum abdomen, ductu præcedenti parallelo, ad sinistrum latus vergit.

i. i. Mesenterii, pone quod duodenum decurrebat, abscissi margo.

k. Jejunum.

l. Vesiculæ felleæ fundus, insigniter prominens, & insolito loco sese monstrans.

m. Pancreatis portio.

n. n. Ren dexter, ossi ileo appressus, & peculiarem situm habens, sic ut hilus superiora spectet.

o. Ren sinister.

p. p. Peritonæum vaſis, muſculis, partibusque aliis, hic loci ſitis, appoſitum, unde illæ, in Tab. II. Fig. 2. exhibitæ, diſtingui non facile poſſunt.

q. q. Ureteres, a renibus verſus veſicam deſcendentes, peritonæo etiam tecti.

r. r. Oſſium innominatorum interiora, iisque accumbentes iliaci interni muſculi.

s. Capacitas pelvis.

t. t. Muſculi Pſoæ, a lumbis juxta latera pelvis deſcendentes.


F I N I S.


BIBLIOPEGO.

Tabulæ omnes ſic collocandæ, pone earundem explanationem, ut Tab. I. huic paginæ opponatur.

AAN DEN BOEKBINDER.

Alle de plaaten moeten, agter derzelver verklaaring, zoo geplaatst worden, dat Tab. I. tegen over deeze bladzyde kome.





A. Delfos, delineavit omnes.

R. Muys, omnes ſculpſit.

Fig. 1.






Fig. 2.



Fig. 3.



Fig 2.



Fig. 3.






Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 2.



Fig. 3.







a
b
a
c
c
e
d
f
g
g
k
h
h
h
h
m
m
m
m
m
m
m
m
l
l
n
n
n

Fig. 1.




l
c
a
l
b
m
k
m
d
g
h
f
a
i
i
m
e
i
g
g
k
d
k
k

Fig. 2.




a
b
a
d
c
d
e
d
f
t
t
k
o
q
s
w
w
w
y
x
x




Fig. 1.


b
a
e
e
a
c
f
e
f
d
g
h
h
k
o
l
h
h
n
n
p
p
q
r
r
t
s
t
a
a




Fig. 2.

ICONES

HERNIÆ INGUINALIS

CONGENITÆ.

EDUARDI SANDIFORT

ICONES
HERNIÆ INGUINALIS
CONGENITÆ.

INTRODUCTIO.

Quemadmodum fabricæ corporis humani investigatio, & acquisita illius ope justa partium cognitio, firmissimum præbet fundamentum, quo diversarum, quæ morbos excitare possunt, causarum scrutinium, futurorum prognosis, affectuum curatio, verbo universa nititur medicina, sic cadaverum morbosorum accuratum examen, multum, immo plurimum, contulit, ad rite intelligendam partium fabricam, eruendas ipsarum functiones, detegenda talia, quæ antea la-

latuere, &, nisi morbosus status viam monstrasset, forte latuissent semper. De diversis partibus probatu hoc foret facillimum (*a*), & de testium quidem ex abdomine in scrotum descensu, de ortu membranarum seu tunicarum hujus organi, assertum nostrum adeo verum, ut, cum celeberrimo Anatomico (*b*), dicere debeam: ,,probabile esse, nisi herniosa affectio, quæ sequi testium descensum sæpe solet, & cui chirurgia medetur, novam attulisset denuo inquirendi causam, nihil lucis augmento hujus doctrinæ additum fuisse. Ex quo vero tempore chirurgi, de causis herniarum, & de sedibus earundem, nec non de habitu sacci herniosi inter se disceptare inceperunt, accuratiores corporis humani scrutatores, sive incisores, sive chirurgi fuerint, novam herniarum speciem, quam ex naturali sua sede congenitam appellabant, quæque eundem canalem, quo descendit olim testiculus, pro involucro agnoscebat, detexisse, & eam ob causam universam historiam de testis ex abdomine in scrotum itinere, descensu, causis, & viis recoxisse, & novis inventis amplificasse".

Quam-

(*a*) Ostendi hæc olim plenius in Oratione de circumspecto cadaverum examine, optimo practicæ medicinæ adminiculo. pag. 23. seq.

(*b*) Insp. Celeb. Wrisbergii Observat. Anatom. de testiculorum ex abdomine in scrotum descensu ad illustrandam in chirurgia de herniis congenitis utriusque sexus doctrinam. Göttingæ 1779. pag. 7.

Quamvis enim Hippolytus Boſcus, Ferrarienſis, (ne de vetuſtioribus (*c*) dicam) jam anno 1596, in puero herniofo, oſtenderit vaginam teſticulo fieri a peritonæo, eamque ita dilatatam in ſuo exortu ad finem & fundum usque viderit, ut duo digiti manus facile ingrederentur (*d*); & hoc ipſo ſeculo chirurgus, non incelebris, Pariſinus, dixerit, eſſe meatum quemdam in pueris, verſus cavum abdominis apertum, vaſa ſpermatica concomitantem, in adultioribus quandoque, ex Duverneiji obſervatione, aqua diſtentum, quem facile partes, abdomine contentæ, intrare, ſicque herniam formare poſſunt (*e*); non tamen ad id adeo adtenderunt Anatomici, ſed vel hallucinatos tales obſervato-

(*c*) Conf. Clar. Lobſtein. Diſſert. de hernia congenita. pag. 1. & 2. & not. adject.

(*d*) De facult. anatom. lect. prim. pag. 9. Conf. Boneti ſepulchret. Anatom. Lib. 2. Sect. 29. obſ. 5. Tom. 3. pag. 5. Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 43. art. 8.

(*e*) M. L. Reneaulme de la Garanne Eſſay d'un traité des hernies, quem tractatum, Pariſiis 1726. editum, in Belgicam linguam convertit J. van der Hulſt, & Rotterodami 1730. edidit titulo: Vertoog ter opening van het ſchool der Heelkunde, benevens eene Verhandeling der ſcheurſels of darmbreuken. In hoc opuſculo, explicaturus cauſas, quare in inguine herniæ frequentiores exiſtant, peritonæi productionem, funem concomitantem, memorat, quam omnino cognovit, licet originem ipſius, ſtructuram atque uſum, non intellexit. Conf. etiam Arnaud, qui ea, quæ Reneaulme de proceſſu peritonæi habet, ſuo operi inſeruit. Memoires de Chirurgie Tom. 1. pag. 66.

tores fuiſſe dixerunt (*f*), niſi poſtquam chirurgi, herniotomiam inſtituentes, in eodem, quo elapſa continebantur inteſtina, ſacco nudum teſtem conſpexerint. Explicuerunt quidem nonnulli caſum hunc tali modo, ut ſtatuerint, ſaccum hernioſum cum tunica vaginali fuiſſe concretum, ambas autem haſce membranas vel ſuppuratione, vel violentia externa, fuiſſe apertas, ſic ut inteſtina, ſacco hernioſo contenta, tunicam vaginalem intraverint, & teſtem attigerint (*g*); alii contra voluerunt, extenuationem & adhæſionem utrius tunicæ, cum inter ſe, tum ad teſticulum, tantum adfuiſſe, ut hic, extuberans intra ſaccum herniæ, in eo omnino eſſe videretur (*h*). Licet autem hoc, vel ſimile quid, locum habere potuerit, & dicta tunicarum concretio, atque ruptura, ſubinde, aſt rariſſime, contigiſſe dicatur (*i*); tamen hac expoſitione non contenti, alii,

(*f*) Morgagni de ſedib. & cauſ. morb. Epiſt. 43. art. 8.

(*g*) Hunter Medical Comment. part 1. cap. 9. pag. 70. Arnaud Memoir. de Chirurgie Tom. 1. pag. 52. Richter Abhandlung von den Brüchen. II. Band. pag. 130.

(*h*) Morgagni de ſed. & cauſ. morborum Epiſt. 43. art. 8.

(*i*) Le Cat in Philoſoph. Transact. Vol. 57. Part. 2. pag. 293. Natuur- en Geneesk. Bibliotheek VI. D. pag. 602. Sic etiam caſum explicuit Neubauer, enarratum in Diſſ. de epiploo-oſcheocele, cujus receptaculum peritonæi mentiebatur proceſſum, teſtem & epididymidem ſimul continentem. Jenæ 1770, & eapropter a Richtero huc

alii omni ſtudio examinarunt cadavera hominum, herniâ inguinali olim laborantium, diſſecuerunt fœtuum, infantum, corpora, ut & morboſum, & ſanum, partium ſtatum, cognoſcerent, ſicque demum eo deventum eſt, ut anatomica deſcenſus teſtis disquiſitio ad ſummum fere veritatis faſtigium elata ſit, dum in diſſitis maxime terræ regionibus quilibet obſervator, a partium ſtudio alienus, ipſam naturam conſuluit, ſæpius obſervationes ſuas repetiit, & cum aliorum placitis contulit (*k*). Sic conſtitit, ſi non in omnibus, ſaltem in plurimis, caſibus, falſam illorum esſe ſententiam, qui in herniofis tunicam vaginalem teſtis, & herniæ ſaccum, ruptum eſſe, dixerunt (*l*); ſic patuit, ſingularem hic partium fabricam adeſſe, herniæ productioni maxime faventem.

Deſu-

huc refertur, Chirurg. Bibliothek. I. Band. 2. ſt. pag. 173. 174. 175. Abhandlung von den Brüchen I. Band. pag. 10.; ſed oſtendit Cl. Lobſtein, qui dictam obſervationem cum Neubauero communicaverat, cognitâ nunc herniâ congenitâ, ſic rem eſſe explicandam, ut ponatur, in productionem peritonæi, ſeu verum illius ſaccum, qui inteſtino vacuus eſt, quique vero ſubdole apertus manſit, progreſſu temporis, ideſt, ætate provecta, ſeſe immiſiſſe partem epiploi, & ſuum quaſi ibi domicilium fixiſſe, dum in prima ætate talis epiploceles nullus locus eſt, omento exiguo eam longitudinem non habente, ut a ſacco recipi poſſit, nec pinguedine turgido, ut quaſi per pondus eo deſcendat. De hernia congenita. pag. 28. 29.

(*k*) Wrisberg Obſervat. de teſticulorum deſcenſu pag. 9. 10.

(*l*) Lobſtein de hernia congenita pag. 22. 23. & not. d.

Desudarunt quippe hoc in campo, & in dictam fabricam omni studio inquisiverunt, Viri, supra omnem laudem evecti, Haller (*m*), Hunter (*n*), Pott (*o*), Camper (*p*), Bonn (*q*), Neubauer (*r*), Arnaud (*s*), Lobstein (*t*), Meckel (*u*), Oehme (*v*), Girardi (*w*), Richter (*x*), Pal-

(*m*) Oper. Minor. Tom. 3. pag. 311. Elem. Physiol. Tom. 7. pag. 412.

(*n*) Hunter Medic. Comment. Part. 1. cap. 1. pag. 70. Natuur- en Geneesk. Bibl. I. D. pag. 281.

(*o*) An account of a particular kind of rupture, frequently attendant upon new-born children, and sometimes met with in adults. Lond. 1757. A treatise on the Hydrocele London 1767. pag. 18. seq. Chirurgical Observations London 1775. pag. 139.

(*p*) Verhandelingen van de Hollandsche Maatschappy der Weetenschappen te Haerlem IV. D. 1. st. pag. 235. VII. D. 1. st. pag. 58.

(*q*) Differt. de continuationibus membranarum Lugd. Bat. 1763. Thesaur. Differt. vol. 2. pag. 302.

(*r*) Differt. de tunicis vaginalibus testis & funiculi spermatici Giessæ 1767.

(*s*) Memoires de Chirurgie Tom. 1. pag. 1. seq.

(*t*) Diff. de hernia congenita, in qua intestinum in contactu testis est, resp. J. Nonnemann. Argent. 1771.

(*u*) Tract. de morbo herniofo congenito, singulari & complicato feliciter curato. Berolini 1772. pag. 34. seq. quem in Germanicam linguam transtulit Clar. Baldinger, titulo Beschreibung der Krankheit des Herrn Leibarzt Zimmermann und der dabey glücklich angewandten Operation und cur von Herrn Professor Meckel.

(*v*) De morbis recens natorum chirurgicis Lipsiæ 1773. art. 12. Egregium hunc tractatum, a carissimo Fratre in Belgicam linguam translatum, addidi propriæ versioni operis Rosensteiniani, Handleiding tot

Palletta (y), Wrisberg (z), ſuasque obſervationes tanta cura communicarunt, quidquid anatomica disquiſitio docuit, tam accurate deſcripſerunt, ut vix ſuperaddi aliquid poſſe videatur. Quum autem ferme omnes, quæ exſtant, figuræ naturalem præcipue partium fabricam ob oculos ponunt, vixque icones inveniuntur, quibus morbus ipſe plenarie exhibitus eſt, oblatam occaſionem arripui, morboſum ſtatum non ſolum examinavi, verum ſitum partium exacte delineari curavi, paratasque icones non quarto Obſervationum Anatomico-Pathologicarum libro, qui prelo jam paratus eſt, inſerendas, ſed, ut illarum acquiſitio tanto facilior eſſet, ſeparatim edendas eſſe, cenſui.

tot de kennis en geneezing van de ziekten der kinderen II. D. pag. 375.

(w) Conf. J. D. Santorini Tab. Septemdecim, quas nunc primum edidit atque explicavit, iisque alias addidit M. Girardi. pag. 165.

(x) Abhandlung von den Brüchen II. Band. pag. 129. ſeq.

(y) Nova gubernaculi teſtis Hunteriani & tunicæ vaginalis anatomica deſcriptio, nec non harum partium vitia. Mediolani 1777. Gottingiſche Anzeigen 1779. Zugabe N. 23.

(z) Obſervat. Anatom. de teſticulorum deſcenſu. Göttingæ 1779.

CAPUT PRIMUM.

Herniæ inguinalis congenitæ descriptio.

Puero, sano vegetoque, debito tempore in lucem emisso, ab ipso natali die, dextrum præ sinistro tumebat inguen. Tumor mollis, indolens, a margine musculorum abdominalium in scrotum sese extendens, tum demum parentum attentionem in se traxit, quando, nunc major, nunc minor, cum abdominis cavo communicationem alere videbatur, & clamore nixuque edito adsurgere, increscere, quiete descendere, imminui, conspiciebatur. Implorarunt tunc auxilium diversorum hominum, medicastrorum, muliercularum. Negarunt nonnulli præsentiam morbi, agnoverunt eundem alii, &, intestino, ut putabant, repulso, fasciâ partes maxime constrinxerunt; tum vero suborta omnia symptomata sunt, quæ incarceratas hernias concomitare solent, vomitus, singultus, alvus constipata, alia, quae eosdem permoverunt, ut medicum in auxilium vocarent. Hic, soluta fascia, examinato tumore, veram, inguinalem, ad inferiora scroti usque descendentem, herniam, dignoscens, repellere in abdomen elapsas partes, conatus

natus eſt; tumor hac encheireſi revera imminutus, applicataque iterum faſcia eſt. Symptomata tamen omnia perſtiterunt, intumuit inſigniter abdomen, alvus ſoluta non eſt, &, aliquot horis elapſis, e vita exceſſit, vix tres menſes natus, puer.

Parentum deſiderio lubentiſſime ſatisfeci, cadaver examinavi, ejusque ſectionem inſtitui.

Tumidum admodum erat abdomen, & ad crepaturam fere usque extenſum, praeſertim in regione epigaſtrica. Tumor, in inguine dextro obvius, & jam in vita obſervatus, ad inferiora ſcroti usque ſeſe extendebat. Separatis, omni prudentia, muſculis abdominalibus a ſubjecto peritonaeo (*), ſic ut hoc integerrimum conſervaretur (*a*), hujus prolongatio tum in dextro (*b*), tum in ſiniſtro (*c*), latere conſpiciebatur, medioque loco nuda apparebat veſica urinaria (*d*). In dextro latere peritonæum, maxime elongatum, expanſum, & in ſaccum protruſum (*e*), inferiorem ſcroti partem (*f*) attingebat, longitudinem duorum pollicum cum dimidio ſuperans. Fiſſura obliqui externi muſculi fuerat maxime dilatata, ſi ut dictus ſaccus, ibi loci (*g*), ferme pol-

(*) Tab. I. a. a.
(*a*) Tab. I. b. b. b.
(*b*) Tab. I. d.
(*c*) Tab. I. e.
(*d*) Tab. I. i.
(*e*) Tab. I. d. n. o. p.
(*f*) Tab. I. h.
(*g*) Tab. I. n.

pollicis latitudinem haberet, inde amplior factus (*h*), versus inferiora demum contrahebatur (*i*). Inteſtina tactu percipiebantur facillime, imo oculis ſeſe etiam offerebant, ſic ut ileum (*k*), cœcum (*l*), ipſiusque appendicula (*m*) cerni, ac quodammodo diſtingui poſſent. In oppoſito latere productio peritonæi (*n*) aderat, pariter ad inferiora ſcroti tendens, ſed non juſto capacior, ſi ſuperiorem excipio partem (*o*), quæ, aperto poſtea peritonæo, per naturalem in fœtubus, hic adhuc ſuperſtitem, aperturam, aërem, ad parvam diſtantiam (*p*), admiſit, dum ab inferiore prominens conſpiciebatur teſtis (*q*).

Diſſecto peritonæo apertoque ſic abdomine, ventriculus, enormi modo expanſus, totam epigaſtricam regionem occupans, adeo extenuatus erat, ut, cum vel parum eundem loco movere vellem, mox diſſiliret. Inteſtinum colon, admodum contractum, per transverſum abdomen, ſub ventriculo, decurrebat, & inter illud atque ventriculum delitescebat omentum. Hepar, tumente ventriculo ſic verſus hypochondrium dextrum ſurſumque erat repreſſum, ut de

(*h*) Tab. I. o.
(*i*) Tab. I. p.
(*k*) Tab. I. q.
(*l*) Tab. I. r.
(*m*) Tab. I. s.
(*n*) Tab. I. e. f.
(*o*) Tab. I. e.
(*p*) Tab. I. f.
(*q*) Tab. I. t.

de illo nihil omnino conſpiceretur (r). Tenuia inteſtina magis erant extenſa, quam craſſa. Finis inteſtini ilei (s) cum cœco (t), ejusque appendice vermiformi (u) intraverant aperturam naturalem illius productionis peritonæi, quæ teſtem concomitatur, & vaginalem tunicam format, eamque maxime diſtenderant; conſpiciebantur ſimiliter vaſa ſpermatica (v), deferens (w), ipſeque teſtis (x), in cujus contactu hærebant inteſtina. Accreverat apex proceſſus vermicularis inferiori parti ſacci (y), & quodammodo etiam teſti (z), ibique loci duritiem monſtrabat inſignem. Patuit hoc tanto melius, poſtquam verſus latus ſiniſtrum reclinatum inteſtinum fuit, ſitusque teſtis (a), vaſorum, quæ ipſi ſanguinem præbent, eundemque ab ipſo revehunt (b), aut ſemini ad ſuam veſiculam iter concedunt (c), tunc egregie in oculos incurrebat, ſimulque inteſtini vermiformis apex duriusculus (d), & ejus cum teſte-

(r) Situs ergo hujus ventriculi, partiumque vicinarum, talis erat, qualem ex infante, cui veſica pariter enormi modo erat extenſa, deſcripſi & delineavi, Obſervat. Anatom. Patholog. lib. 3. cap. 3. pag. 59. Tab. VII.

(s) Tab. II. e.
(t) Tab. II. f.
(u) Tab. II. h.
(v) Tab. II. l.
(w) Tab. II. m.
(x) Tab. II. i.
(y) Tab. II. c.
(z) Tab. II. i.
(a) Tab. III. Fig. 1. g.
(b) Tab. III. Fig. 1. i.
(c) Tab. III. Fig. 1. k.
(d) Tab. III. Fig. 1. f.

teſte (*e*), & ſacco (*f*) concretio conſpiciebatur. Haec impediverat, quominus partes reduci potuerint; imminutus quidem, facta compreſſione, tumor fuerat, ſed ſolam fæculentam materiem ex cœco in colon fuiſſe propulſam, inteſtinum ipſum cavum abdominis non intraſſe, nec intrare potuiſſe, cadaveris ſectio, jam enarrata, abunde probavit.

(*e*) Tab. III. Fig. 1. g. (*f*) Tab. III. Fig. 1. a. infer.

C A-

CAPUT SECUNDUM.

Ortus herniæ inguinalis congenitæ.

Inteſtina, in enarrato caſu, productionem peritonæi intraſſe, ſicque inguinalem ac ſcrotalem herniam formaſſe, abſque ut novus a peritonæo formatus ſaccus ſit, liquet, ſi datæ inſpiciuntur figurae (*a*), & in memoriam revocatur naturalis partium fabrica, ab aliis deſcripta, atque delineata (*b*), aut & noſtra conſulitur icon (*c*), in utroque latere peritonæi extra cavum abdominis deſcenſum exhibens. Huic quippe obſervationi redigendæ occupatus, eodemque tempore, in Anatomicis demonſtrationibus, differentias, quotquot inter fœtum reſpirantemque hominem intercedunt, exhibiturus, cadaver fœtus, ſeptimo, ut videbatur, menſe in lucem emiſſi, hunc in finem acquiſiveram. Scrotum teſtibus vacuum inveniens, eosdem, fiſſuris abdominalium muſculorum quidem elapſos, ſed inguine utroque de-

(*a*) Tab. I. II. III. Fig. 1.

(*b*) Conf. Auctores pag. 10. ad litteras m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. citati.

(*c*) Tab. IV.

detentos, percipiens, credidi iconem, ad hocce corpusculum paratam, fore utilissimam, & morbum descriptum egregie illustrare posse.

Hac in figura, integumentis, musculisque a peritonæo prudenter separatis (*d*), illud non tantum nudum, integrumque (*e*), & per illud transparentia abdominalia viscera (*f*) conspiciuntur, verum in utroque latere ipsius continuationes ad testes usque, imo & ultra eos (*g*), apparent, prætereaque vesicæ urinariæ (*h*) supra ossa pubis (*i*) sedes, ex lotii receptaculo enascens urachus (*k*), a latere ipsius emergentes arteriæ umbilicales (*l*), ex tribus hisce vasis, & vena, ad hepar tendente (*m*), compositus umbilicus, seu funis umbilicalis (*n*), in oculos incurrunt; dum simul constat, peritonæum, a quo dicta vasa omnia separata, sublata, & una cum vesica sinistrorsum reclinata sunt, ibi loci, ubi cicatrix, a ligato fune semper remanens, postea conspicitur, esse integerrimum (*o*), adeo ut & hic loci in saccum protrudi valeat, quem

(*d*) Tab. IV. a. a. b. b.
(*e*) Tab. IV. c. c.
(*f*) Tab. IV. d d. e. e. e.
(*g*) Tab. IV. f. f.
(*h*) Tab. IV. k.
(*i*) Tab. IV. q.
(*k*) Tab. IV. l.
(*l*) Tab. IV. m. m.
(*m*) Tab. IV. n.
(*n*) Tab. IV. o.
(*o*) Tab. IV. p.

quem partes, abdomine contentæ, ſubinde intrant, herniam conſtituentes (*p*).

Dum jam deſcripta hactenus via ſæpiſſime in juniori-bus, quandoque etiam in adultioribus, aperta invenitur, abſque ut tamen inteſtina vel omentum intraverint, quæri poteſt, quid ſit, quod determinet contenta abdominis, ut propria ſede relicta, hanc prolongationem intrent. Putat Clar. Richter (*q*), ſequenti modo rem intelligi poſſe; teſtem, nempe, in ſuo deſcenſu verſus ſcrotum, nullibi majus detegere obſtaculum, quam in annulo, ſeu fiſſura obliqui externi abdominis, ubi apertura produ-ctionis peritonæi eſt; naturam, ſi ibi loci non diu retine-tur, ſed citiſſime tranſit, aperturam ſat cito claudere; te-ſtem vero ſubinde diu ibi ſubſiſtere, tumque dictam aper-turam nimis dilatari, ſic ut juſto tempore conſtringi, ac penitus claudi, non poſſit; ubi poſtea in ſcrotum penitus deſcendit teſtis, aperturam canalis nimis dilatatam manere, inteſtinum illam intrare. Vera itaque cauſa quærenda ipſi videtur in diuturniori mora, quam teſtis, ubi per fiſſuram obliqui externi tranſit, nectit, vel tanto magis, quoniam mi-

(*p*) Conferantur quæ hac de re dixi Obſervat. Anatom. Patho-logic. lib. primo cap. 4. pag. 75.

(*q*) Abhandlung von den Brüchen II. Band pag. 135. 136.

minime probabile ipsi videtur, eodem cum teste tempore intestinum dictum meatum intrare, sicque impedire, quominus apertura claudatur; dubiumque est, an unquam in neonato, aut ante nativitatem, talis hernia observata sit. Clar. vero Wrisbergius (*r*) ex innumeris ferme observationibus didicit, duplicem adesse conditionem, quarum una alterave, ad contrectandam congenitam herniam, suam conferre symbolam potest. Aut intestini, omentive pars, durante graviditate, cum teste, in abdomine adhuc comprehenso, concrevit, & eam ob causam, delabente in scrotum testiculo, cum eodem simul detrahitur; aut peritonæum, quod super vasa spermatica incessit, in mesenterium abiturum, brevem duplicaturam ligamenti instar, versus proxime adjacentem vel ultimi ilei partem, vel cæcum misit, cujus ligamenti ope in dextro latere, in quo frequentissime herniæ congenitæ observantur, subsidente testiculo, intestina e situ suo in inguina deturbantur. Primam conditionem confirmare videtur noster casus, dum vermiformis cæci appendicula, & sacco & testi accreta, cum ipso teste in scrotum descendente, aperturam ingressa fuisse videtur, & cæcum, partem coli, partemque ilei secum traxisse (*s*); hinc etiam

(*r*) Observat. Anatom. de testiculorum descensu pag. 48.

(*s*) In juvene, septendecim annorum, hernia inguinali congenita, per totam, ut putabat, vitam laborante, facta sectione, partem ilei, cæcum, appendicem vermiformem, quæ sola epididymidi & testi-

etiam jam ab ipſa nativitate, dum teſtes tunc ſcrotum oc-
cu-

ſticulo accreverat, invenit Clar. Pott. Hæc concretio impediverat, quominus cuncta, quæ elapſa erant, potuerint repelli, inſtitutaque ea propter operatio fuit, dum bracherii uſus noxius cenſendus erat, & nullo alio modo præcaveri poſſe videbantur ſymptomata, hernias inſequi ſolita, in juvene, duro labore victum ſibi quærere coacto. Chirurgical Obſervations. pag. 146. 147. 148.

Talis concretio diverſis de cauſis, in hac herniæ ſpecie, ut in multis aliis, contingere valet, verum ante nativitatem jam locum habere, ex Wrisbergii obſervatione liquet. Hic enim in puero, qui aliquot dies vixerat, unicum modo teſticulum, eumque dextrum, in ſcroto invenit, alterum, ſiniſtrum, circa annulum hærentem, admodum mobilem, aliquantisper pro lubitu deorſum, facilius autem ſurſum reprimere potuit. Aperto abdomine, omentum, ſuper inteſtina tenuia expanſum, in ſiniſtrum os ileum deſcendens, & tribus filis albugineæ teſticuli accretum vidit, ſic ut cum teſticulo, deorſum preſſo, annulum ſimul ingrederetur. Obſervat. Anatom. de teſticulorum deſcenſu. pag. 52. —— In aliis fœtuum corpuſculis, in dextro latere vidit ſtrictum faſciculum ex illo loco oriri, ubi vaſa ſpermatica inter peritonæi duplicem laminam teſticulum ingrediuntur, illumque adſcendendo mox appendici vermiformi, ejusdemque meſenteriolo, mox cæco inteſtino, mox ilei extremo, in colon abeunti, inſertum deprehendit; tam breves erant hi faſciculi, ut vix aliquot lineas ſuperarent; ortum capiebant ex peritonæo, in duplicaturam mutato, cum interſperſa ſtipata quadam celluloſa. Prehenſo inteſtino teſtis cum illo ex annulo attrahebatur, depreſſo teſticulo, inteſtinum ſimul verſus annulum urgebatur. Ibid. pag. 53. —— In cadavere hominis, qui hernia inguinali congenita, inteſtina continente, laboraverat, inteſtina quidem cum teſticulo concreta non vidit, craſſiuſculus vero, robuſtus, dimidium pollicem longus, fibrarum faſciculus, ex cæco in peritonæi qua-

cupabant, exſtitit, ut Clar. Wrisbergius (*t*) bis in neonato, in dextro latere, præſentem talem herniam conſpexit.

Nullatenus tamen negandum eſt, hærentem nimis diu in fiſſura obliqui externi & apertura canalis, teſtem, has partes ſic dilatare, ut poſtea vix debito modo ſeſe claudere poſſint, ſed oſtium productionis peritonæi aptiſſimum maneat, quod inteſtina, vel minimo niſu eo verſus depulſa, admittat. An diuturniori illa mora transverſalis peritonæi plica, quæ ſupra annulum, & ſacci vaginalis terminum, intra cavitatem abdominis, ante vaſorum ſpermaticorum, in annulum ſeſe demergentium, plexum, ligamenti albi adinſtar prætenſa eſt (*), in fœtu ante hiatum productionis peritonæi ad teſticulum, in cavitate abdominis, ſemper præſens, ligamentum transverſale internum a Meckelio dicta (*u*), deletur, aut ſic mutatur, ut officio ſuo fungi non poſſit, quod in eo conſiſtere videtur, ut impediat, quominus partes, ca-

vo

dam duplicatura ad teſticulum deſcendebat, qui ab ipſo ſtatuitur a vitæ primordiis, cum teſticulo deſcendente, inteſtinum cæcum, & ilei & coli dextram partem detruſiſſe. Ibid. pag. 56.

(*t*) Obſervat. Anatom. de teſticulorum deſcenſu. pag. 24. 25.

(*) Conf. Tab. III. Fig. 2.

(*u*) De morbo hernioſo congenito pag. 38. 39. Camper Verhandel. van de Hollandſche Maatſchappy VI. D. 1. ſt. pag. 253.

vo abdominis contentæ, eandem viam ingrediantur? Ubi certe teſtis diu in inguine hæret, inteſtinum, licet ei non accretum, tamen eundem ſubinde inſequitur; Clar. Reichelii obſervatio hoc docet, in puero quippe quatuor propemodum annorum, cui ad illud tempus ſcrotum vacuum fuerat, ileum invenit cum teſte in annulo abdominali conſtrictum & incarceratum (*v*).

In hac ergo herniæ ſpecie non, ut in aliis herniis, peritonæum in ſaccum extenditur, ſed, ubi elongata ipſius per annulum ex abdomine productio non concrevit, violenta preſſione abdominis, omentum vel inteſtina facili negotio in eandem deſcendunt, & eâdem, quæ teſtem amplectitur, ac tunicam vaginalem ipſius format, membranâ continentur. Talis caſus fuit celeberrimi Zimmermanni, cui omentum poſt colicam flatulentam, & poſtea ſubortam choleram, cum inteſtini parte egreſſum, ex abdomine ſibi, violentia conſtrictionis muſculorum abdominis, ac preſſionis verſus annulum, viam in ſaccum hernialem peritonæi congenitum patefecit, ut, repoſito quamvis inteſtino, omentum magis lubricum ac plicabile, faſcia non cohibitum, in ſacco extra annulum remanſerit (*w*). Quandoque tamen, etiamſi

(*v*) Ludwig Adverſar. Medic. Pract. vol. 3. pag. 736. 737.

(*w*) Meckel de morbo hernioſo congenito. pag. 44. 45.

etiamsi dicta prolongatio aperta sit, quamvis intestina eandem intraverint, tamen peritonæum in saccum herniosum extenditur, sicque duplex in eodem latere producitur hernia (*x*).

Intelligitur ex iis, quæ hactenus exposita sunt, in hernia congenita, instituta operatione, apertoque sacco, nudum conspici debere testem (*y*); aquam, ex abdomine subinde eundem canalem ingressam, atque opplentem, testem contingere (*z*), vel elapsa intestina & testem simul alluere (*a*). Comprehenditur, membranam, peritonæo continuam, partes, abdominis cavo elapsas, nunc continentem, ubi tumor ad insignem magnitudinem increscit, maxime extendi, attenuari (*b*), cum cute concrescere, confundi posse, sic ut nullus adesse videatur saccus (*c*).

Visum in hac hernia non solum intestinum (*d*) fuit, sed,

(*x*) Conf. Observat. Anatom. Patholog. lib. 1. cap. 4. pag. 71.

(*y*) Hunter Medical Comment. pag. 70.

(*z*) Lobstein de hernia congenita. pag. 8. Baader Observat. Medic. incisionibus cadaverum anatomicis illustratæ. obs. 8. in Thesaur. Dissert. vol. 3. pag. 10.

(*a*) Lobstein lib. cit. pag. 7.

(*b*) Meckel de morbo hernioso congenito. pag. 23. 28.

(*c*) Arnaud Memoir. de Chirurgie. Tom. 1. pag. 52.

(*d*) Solius ilei partem in hac hernia invenit Cl. Reichel in Ludwigii Adversar. Medic. Pract. vol. 3. pag. 736. Partem ilei, & coli cum cæ-

ſed, in adultiori ætate, ubi aperta permanſerat via, omentum illam etiam formavit (*e*), aut hoc una cum inteſtino talem tumorem produxit (*f*).

In puellis ſimilis proceſſus peritonæi ligamenta uteri rotunda ad inguina comitatur; hunc, mox a partu, inteſtina ingredi poſſent, ſicque herniam formare; an tale autem exemplum annotatum ſit, dubito; ſed hydroceles ſpeciem in hoc proceſſu, etiam in fœminis, oriri poſſe, ſuſpicatur Oehme ex obſervatione, in Theatro Anatomico Lipſienſi facta, qua cyſtis, lympha pellucida repleta, in vetula, mox infra annulum abdominalem inventa eſt (*g*).

cæco & appendice, in illa obſervavit Cl. Wrisberg Obſerv. Anatom. de teſticulorum deſcenſu. pag. 56.

(*e*) Meckel lib. cit. pag. 31. 37. Pott Chirurgical Obſervations pag. 143. Wrisberg lib. cit. pag. 49.

(*f*) Pott Chirurgical Obſervations pag. 150. Richter Abhandlung von Brüchen II. Band. pag. 137. Lobſtein de hernia congenita. pag. 7. 8. qui omnia inteſtina præter duodenum & rectum cum portione omenti in hac hernia vidit.

(*g*) De morbis recens natorum chirurgicis. art. 12. Roſen Handleiding tot de Ziektens der Kinderen II. D. pag. 380.

CAPUT TERTIUM.

Figurarum Explanatio.

TABULÆ I.

Nudum, a muſculis & integumentis ſeparatum, peritonæum, ad inferiora ſcroti, in utroque latere, ſeſe extendens, & in dextro herniam congenitam formans.

a. a. Diſſectæ & reclinatæ integumentorum, muſculorum, lamellæ.

b. b. b. Peritonæum, a muſculis ſeparatum, integerrimum.

c. c. c. Tranſparentia per peritonæum viſcera abdominalia.

d. Peritonæi productio in latere dextro, inteſtinis, ex capacitate abdominis egresſis, herniamque formantibus, expanſa.

e. Altera peritonæi productio, per inguen ſiniſtrum deſcendens.

f. Lo-

f. Locus, ubi hæc productio erat occlusa, ad quem immissus etiam aër, ut aliquantum turgeret, meliusque conspiceretur, substitit.

g. g. Scroti integumenta reclinata.

h. Pars inferior scroti integra.

i. Vesica urinaria, peritonæo, quod pone illam progreditur, accumbens.

k. Urachi principium.

l. Penis, ab integumentis liber.

m. Præputium, ultra glandem propendens.

n. o. p. Saccus herniosus, ad inferiora scroti sese extendens, diversæ in variis locis capacitatis.

q. Intestinum ileum per saccum herniosum transparens.

r. Cæcum pariter per sacci membranam conspicuum.

s. Appendicula vermiformis simili modo apparens.

t. Testis sinistri lateris.

TABULÆ II.

Partes abdomine & sacco hernioso contentæ, aperto peritonæo conspicuæ.

a. a. Integumenta, una cum musculis, ab abdomine & scroto separata, ac reclinata.

b. b. Peritonæi dissecti lamellæ, glaberrimam internam superficiem exhibentes.

c. c. c. c. Membranæ, saccum herniosum formantis, apertæ, lamellæ ab invicem remotæ.

d. d. Intestina tenuia.

e. Ilei finis.

f. Cæcum.

g. Colon.

h. Appendicula vermiformis, ad inferiora scroti descendens, & sacco hernioso accreta.

i. Testis.

k. Epididymis.

l. Vasa spermatica.

m. Vas deferens.

n. Vesica urinaria, versus latus sinistrum flexa, ut contenta sacci herniosi tanto apparerent melius.

o. Penis.

TABULÆ III.

Fig. 1.

Saccus herniosus apertus, reclinatis intestinis; concretio appendiculæ vermiformis cum sacco & teste.

a. a. a. Peritonæi productio, quæ saccum herniosum formavit.

b. Colon.

c. Cæcum.

d. Ileum.

e. Appendicula vermiformis.

f. Apex hujus appendicis duriusculus, sacco ipsi & testi accretus.

g. Testis.

h. Epididymis.

i. Vasa spermatica.

k. Vas deferens.

Fig. 2.

Peritonæi plica transversa ad aperturam productionis peritonæi, pone quam descendunt vasa.

a. Plica transversa peritonæi.

b. Vas deferens.

c. Vasa spermatica.

TABULÆ IV.

Fœtus abdomen sic apertum, ut peritonæum nudum appareat, per illud intestina transpareant, separata vero ab eodem sint vasa umbilicalia cum vesica. Peritonæi productiones. Testes in inguine adhuc siti.

a. a. Integumenta cum musculis de superiori abdominis parte separata, & versus thoracis marginem reflexa.

b. b. De pube & inferiori abdominis parte separata integumenta.

c. c. c. Peritonæum nudum, & ab omnibus partibus, quæ extrinsecus accumbunt, separatum.

d. d. Hepar per peritonæum transparens.

e. e. e. Intestina similiter per peritonæum conspicua.

f. f. Productiones peritonæi vaginalem testis tunicam formantes, immisso aëre aliquantum turgidi.

g. g. Testes, inferiorem harum productionum partes adimplentes, nondum scrotum ingressi, sed in inguine adhuc subsistentes.

h. h. Scrotum, aquoſo tumore turgidulum.

i. Penis.

k. Veſica urinaria.

l. Urachus.

m. m. Arteriæ umbilicales.

n. Vena umbilicalis.

o. Funis umbilicalis, ex dictis vaſis & uracho compoſitus, integumentis ſuis adhuc tectus.

p. Integrum peritonæum ibi etiam loci, ubi umbilicalis funis de cute emergit, qui jam a peritonæo eum in finem ſeparatus, & ad latus ſiniſtrum reflexus eſt.

q. Oſſium pubis margo, ſupra quem veſica adſurgit, & a cujus lateribus teſtes, peritonæi productionibus contenti, dependent.

F I N I S.

BIBLIOPEGO.

Tabulæ omnes ſic collocandæ, ut Tab. I. huic paginæ opponatur.

AAN DEN BOEKBINDER.

Alle de plaaten moeten zoo geplaatst worden, dat Tab. I. tegen over deeze bladzyde kome.

Tab. I.



A. Delfos. omnes delineavit.

R. Muys. omnes fecit.

Tab: II.






Fig. 2.



Fig. 1.



Tab: IV.



ANATOME
INFANTIS
CEREBRO DESTITUTI.

EDUARDI SANDIFORT,

ANATOME INFANTIS CEREBRO DESTITUTI.

PROOEMIUM.

Mirum cuique, *Anatomicorum ſcripta evolventi*, videri debet, obſervatas toties, in infantibus, omni cerebro vel maxima ipſius parte deſtitutis, oſſium cranii & hiſce contentorum, degenerationes, hactenus, quantum equidem ſcio, a nemine, rite eſſe delineatas, multos, monſtrorum collectione delectatos, in contemplatione partium externarum ſubſtitiſſe, alios, & inter hos, *Viros omni laude majores*, talia diſſecuiſſe, accuratiſſime deſcripſiſſe, verum mutationes, quas in oſſibus diverſis, in cerebro, aliisque partibus, obſervarunt, nullis illuſtraſ-

ſe figuris, cum tamen eædem talis naturæ ſint, ut absque exactiſſimis iconibus plane intelligi nequeant.

Hæc ratio me permovit, ut oblatam occaſionem, examinandi infantis recens nati, cerebro deſtituti, &, licet quovis alio ſenſu bene conformati, capite admodum deformi inſtructi, lubens arripuerim, ac, paratis, quæ anteriorem & poſteriorem hujus infantis faciem ſiſtunt, tabulis, mox caput, aliasque partes cultro Anatomico ſubjecerim, &, quum mirandæ ſeſe mihi obtulerint degenerationes, oſſium defectus, pravæ aliorum conformationes, inſtitutam anatomen, nitidis, & a ſummo Artifice paratis figuris illuſtratam, ſeparatim in lucem emittere decreverim, ut duobus, jam antea editis, Opu*ſculis Anatomicis, de duodeno, & hernia inguinali congenita, hocce jungi poſſet.*

Non autem putet quis, neſcire me, datas fuiſſe a nonnullis ejusmodi cranii figuras: Hoffmanni (*a*), *Kerkringii* (*b*), Gohlii (*c*), *Bromelii* (*d*), *Blanchotti* (*e*), *icones cognoſco, ſed has omnes ſummo jure mihi videor poſſe vocare, non tantum minime accuratas, verum tales, ut ex iis natura mali*

(*a*) Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 2. obſ. 36.
(*b*) Obſervat. Anatom. Tab. 9. pag. 59.
(*c*) Act. Medic. Berolin. Dec. 1. vol. 8. pag. 7. ſeq.
(*d*) Act. Litter. Sueciæ anni 1725. pag. 98.
(*e*) Select. Phyſico Oeconom. Stutgardiæ 1749. 2. ſt. pag. 127. & Act. Phyſico-Medic. vol. 9. pag. 350.

li nullo modo cognoſci poſſit. Hoffmanni certe figuræ peſſimæ ſunt; Kerkringii meliores, ſic ut ex iis concludere liceat, in genere conformationem cranii ferme eandem fuiſſe, ac in noſtro caſu, attamen tales, ut de diverſis partibus, quæ cranii baſin conſtituunt, nulla rite diſtingui queat; multum abeſt, ut exactæ dici poſſint, quas dedit Gohlius; Bromelii figuras, reliquis præſtantiores, cum noſtris quisque comparet, & differentiam deprehendet manifeſtam. Illæ denique icones, quæ Blanchotto autore prodierunt, utpote talis naturæ, ut adſpici non mereantur, in cenſum venire nequeunt. Forte datæ ab aliis meliores, quæ ad manus non pervenerunt. Judicavi de illis, quas examinare licuit.

Infantes, deſcribendo ſenſu monſtroſos, Acephalos dicere ſolent, nullatenus autem eo nomine digni ſunt; non enim capite, ſed cerebro, deſtituuntur: illa capitis pars, quæ continendo cerebro, cerebello, &, ex his originem trahenti, medullæ oblongatæ, pro parte deſtinata eſt, & conceptaculi hujus ſolam baſin conſtituit, caput terminat, membranis tecta; varia oſſa plane deficiunt, aliorum partes deſiderantur, alia ſedem reliquerunt ſolitam, aut tali mutata modo ſunt, ut vix dignoſci poſſint; foramina alia abſunt, alia formam mutarunt, inſolito loco deteguntur nonnulla, & confluxerunt varia; verbo, tantam talemque mutationem ſubierunt cuncta,

quæ

quæ calvariam conſtituunt, ut degeneratum tali modo cranium, a mollibus partibus depuratum, vix humanum quis diceret, niſi ipſe cadaver ſimile examinaverit, vel talem, qualis hoc in opuſculo datur, figurarum ſeriem conſpexerit.

Non tamen deſunt exempla infantum, vere acephalorum, id eſt, omni capite deſtitutorum, ſed eorum numerus tantus non eſt, quantum proſtare quis crederet, ſi ad citatos ab Ill. Hallero caſus attendat; auctores enim adductos ſi examinet, mirabitur multos deſcripſiſſe infantes, capite deformi gaudentes, pauciſſimos tales, qui integro capite carent. Conſtabit hoc luculentiſſime, ſi, data primo capite anatomica dicti infantis deſcriptione, ſecundo de veris acephalis, tertio de acephalis minus proprie dictis, egero. Hic etenim ordo eſt, quem in præſenti opuſculo ſervandum eſſe duxi, ut, in quarto ultimoque capite, de cauſa maxime probabili dictæ degenerationis cranii quædam breviter monere poſſem.

CAPUT PRIMUM.

Anatome infantis, cerebro destituti.

Sana, robustaque, fœmina, quarta vice utero gerens, per totos novem graviditatis menses, vix ullum symptoma passa, subinde tantum majorem molestiam, singularem motum, ac pressionis quasi sensum, in abdomine perpessa, legitimo tempore, maturam, torosam, quoad truncum artusque bene conformatam, vivam, puellam in lucem emisit; hæc autem, vix dimidia a partu hora elapsa, vitam cum morte commutavit. Erat hujus infantis caput deforme, & similem exhibebat conformationem, ac in illis, quos acephalos dicunt, observare solemus. Multa ossa videbantur deficere, alia præternaturalem acquisivisse formam, &, instituta comparatione cum casibus, ab aliis descriptis, videbar jure concludere posse, cerebrum, cerebellum, medullamque oblongatam desiderari.

Facies, si partes, supra oculos positæ, tegebantur, pulchra satis apparebat: nasus enim, genæ, os, bene conformata erant. Oculi autem insigniter protuberabant, & nulla aderant supercilia. Superior capitis pars erat depressa,

ac portio ipſius fornicata videbatur quaſi abſciſſa. Totum caput, mento pectori appreſſo, ſcapulis inſidebat, & auricularum margines ſuperiores dependentes, & antrorſum promoti, ſummos ferme attingebant humeros. Integumenta partis ſuperioris capitis deficiebant, & margine albo, extenuato, hic illic capillis obſeſſo, terminabantur, vel potius multo tenuiora confluxerant cum dura matre, oſſa, quæ baſin conceptaculi cerebri conſtituunt, & hoc in cranio nuda comparebant, tegente. Intra huncce marginem plaga erat admodum inæquabilis, rubra, ſanguinolenta, duos pollices longa, latitudinem ferme eandem habens, & hæc, parum ſupra radicem naſi incipiens, ad locum ferme medium inter ſummos humeros deſcendebat. Variæ hac in parte conſpiciebantur protuberantiæ, duæ molles a parte anteriore, plures oſſeæ a parte poſteriore. Molliores & anteriores videbantur cerebri membranæ, hic loci protruſæ, cum integumentis confuſæ, ſanguine extravaſato diſtentæ, & hæ, parum ſublatæ, rotundulam acquirebant formam, ſic ut infundibulum referrent; ſaltem inter tumidulos margines ſpatium quoddam, ſeu cavitas, relinquebatur, in cœcum finem deſinens. Duriores protuberantiæ, vere oſſeæ, nonnullis foraminibus pertuſæ, membrana deſcripta tectæ, videbantur eſſe oſſa petroſa, nexa cum parte anteriore oſſis occipitis, quæ cum baſi oſſis multiformis ſinum pro

me-

medulla oblongata format. Inter prominentias offeas posteriores, & integumenta nuchæ, fiffura aderat longa fex octavas pollicis Rhenolandici partes, in canalem coangustata, qui, ut poftea patuit, idem ille erat, quo, in ftatu naturali, fpinalis medulla continetur (*a*).

Sublatis a fronte (*b*), fupra oculos (*c*), recta retrorfum ad auriculas (*d*), indeque ad medium dorfum (*e*), integumentis (*f*), prominuli confpiciebantur oculi, multum extra fuas foveas promoti; inter hos (*g*), ut & inter eosdem atque auriculas (*h*), maxima aderat pinguedinis copia, quæ formam capiti dabat. Sequebatur margo offeus, fupra radicem nafi incipiens, & in latera verfus & pone aures fefe extendens (*i*). Inter hunc marginem, a fuperciliis factum, dum deficiebant partes illæ offis frontis, quæ, inde adfurgentes, proprie frontem formant, & cum verticis offibus conjunguntur, & inter reliqua offa, fummo in vertice, non longe ab oculis, pars detegebatur mollis, tumidula,

(*a*) Defcripta hactenus cranii conformatio externa optime cognosci poteft ex Tab. I. & II., quibus litteras nullas adfcripfi, quia partes diverfæ, latius jam exponendæ, ex fubfequentibus figuris melius cognoscuntur.

(*b*) Tab. III. Fig. 1. a.

(*c*) Tab. III. Fig. 1. b. b.

(*d*) Tab. III. Fig. 1. e. e.

(*e*) Tab. III. Fig. 1. o.

(*f*) Tab. III. Fig. 1. a. a. a. a. a.

(*g*) Tab. III. Fig. 1. c.

(*h*) Tab. III. Fig. 1. d. d.

(*i*) Tab. III. Fig. 1. f. f. f. f.

dula, rotundula, ex diverſis eminentiis compoſita (*k*), quæ cavum quoddam includebant: videbantur eſſe cerebri velamenta, ſanguine effuſo turgida, & ex his producebantur venæ, in quoque latere per foramen ſingulare ad jugularem internam tendentes.

Reliquam ſuperiorem cranii partem, nunc magis denudatam, conſtituebant oſſa petroſa (*l*), facillime nunc diſtinguenda, & nexa cum oſſis occipitis parte (*m*), quæ a foramine magno ad partem poſteriorem baſis oſſis multiformis adſcendere ſolet, cum eaque connecti. Foramina itidem apparebant, pro nervis auditoriis parata (*n*). Verſus latera reclinatæ videbantur partes oſſis occipitis laterales, quæ foramen magnum, in ſtatu naturali, a lateribus formant (*o*), ut & duæ aliæ, in quas apex hujus oſſis erat diviſus (*p*), & quæ, ut poſtea patuit, reclinatæ, ad os frontis usque ſeſe extendebant. Oſſa verticis plane aberant. De partibus ſquammoſis oſſium temporum nihil hactenus conſpiciebatur. Videbantur hæ multum a ſe invicem remotæ, minimæ, applanatæ, ut auriculæ etiam cedere debuerint, aliam longe formam acquirere, & meatus auditorius, quamvis pervius, ſic compreſſus eſſet, ut vix conſpici potuerit.

A di-

(*k*) Tab. III. Fig. 1. g g.
(*l*) Tab. III. Fig. 1. h. h.
(*m*) Tab. III. Fig. 1. k.
(*n*) Tab. III. Fig. 1. i. i.
(*o*) Tab. III. Fig. 1. m. m.
(*p*) Tab. III. Fig. 1. l. l.

A dictis partibus offeis in utroque latere pars tenfa, craffa, dura, ligamentofa quafi, defcendebat ad fpinam dorfi (*q*), & inter hanc atque vicinam offis occipitis partem, hiatus (*r*) patebat, intra quem, atque canalem, deorfum tendentem, vera, fuis involucris tecta, diftinguebatur medulla fpinalis. Ipfa denique fpina dorfi in colliculos varios, qui cæterum adeffe tali modo non folent, definebat (*s*).

Separatis porro cunctis partibus mollibus, offa melius fefe manifeftarunt. Margo offeus, glabellam & fupercilia formans (*t*), os frontis hac in parte terminabat; inde retrorfum tendebant lamellæ, quæ inter oculorum cava & cerebri conceptaculum femper inveniuntur (*u*). Inter has & pone easdem bafis erat offis multiformis, fuis proceffibus clinoïdeis inftructa (*v*). Hæc cum parte media offis occipitis (*w*), ad quam petrofa offa (*x*) accedebant, connectebatur. Cum petrofis cohærebant partes laterales offis occipitis (*y*); & hujus offis apex, fefe inter offa verticis interferere folitus, in duas partes fiffus erat, quæ multum remo-

tæ,

(*q*) Tab. III. Fig. 1. n. n. n.
(*r*) Tab. III. Fig. 1. o.
(*s*) Tab. III. Fig. 1. q. q. r.
(*t*) Tab. III. Fig. 1. f. f. ant. Tab. III. Fig. 2. a. a. a.
(*u*) Tab. III. Fig. 2. b. b.
(*v*) Tab. III. Fig. 2. f.
(*w*) Tab. III. Fig. 2. g.
(*x*) Tab. III. Fig. 2. h. h.
(*y*) Tab. III. Fig. 2. k. k.

tæ, & in latera reflexæ, lateralem marginem cranii conſtituebant, ſeſeque ad os frontis usque extendebant (*z*). Cerebri aderat nihil, niſi hoc nomine inſignire velimus ſubſtantiam duram ſatis, granuloſam, albicantem (*a*), cum nervis, ut videbatur, cohærentem, in quam paucum illud, quod de encephalo ſupermanſerat, commutatum videbatur. Sita erat hæc ſubſtantia inter partes anteriores oſſium petroſorum (*b*), & marginem oſſeum, factum ex lamellis, inter cava oculorum & cerebri conceptaculum inveniri ſolitis (*c*); erat in duas partes diviſa per mediam baſin oſſis multiformis (*d*), unde vaſculum paulo majus (*e*) ad anteriora procedebat. Nervi, quantum detegere licuit, aderant omnes, & ſecundum, tertium, quartum, quintum, ſextum, par per foramina, infra dictam ſubſtantiam inveniendam, & inſolito modo ſeſe habentia, ad deſtinata loca decurrebant. Alii, quorum origines conſpici non potuerunt, in foraminibus ſuis tamen detegebantur, & per partes, quas naturali in ſtatu petere ſolent, ſeſe diſtribuebant.

Membrana, quæ fiſſuram in nucha detectam termina-

bat

(*z*) Tab. III. Fig. 2. l. l.

(*a*) Tab. III. Fig. 2. m. m.

(*b*) Tab. III. Fig. 2. h. h.

(*c*) Tab. III. Fig. 2. b. b.

(*d*) Tab. III. Fig. 2. f.

(*e*) Tab. III. Fig. 2. inter a. & f.

bat (*f*), & ligamentum referebat, ipſa dura mater erat, vertebris adnexa, & in earum canalem deſcendens; eâ autem usque ad primam, quæ ſeſe monſtrabat, vertebram, ablatâ, patuit ſingularis nexus ſpinæ cum capite, & contenta canalis vertebrarum oculis ſeſe offerebant. Epiſtrophei dens (*g*) oſſis occipitis parti, quæ cum baſi multiformis nectitur, erat non tantum appreſſus, ſed firmiter per ligamenta cum ea nexus. In canali vertebrarum aderat dura mater (*h*), quæ medullam ſpinalem (*i*) continebat involucri adinſtar; & ex medulla verſus latera procedebant nervi ſpinales. In quoque latere arteria vertebralis, in apicem obtuſum, clauſum, deſinens, ſeſe monſtrabat (*k*). Dictæ ſeu ſecundæ vertebræ partes laterales oſſeæ, in duos mucrones obtuſos deſinebant (*l*); perierat enim non tantum cartilago, quæ has partes a poſteriore nectere ſolet, ſed ipſæ illæ multum a ſe invicem erant remotæ, & defectum pars membranacea ſupplebat. Præter Epiſtropheum quatuor tantum adeſſe videbantur vertebræ, verum deficiebat nulla. Atlas quippe, maxime compreſſus, parte anteriore arcus inter dentem Epiſtrophei & os occipitis ſic delitescebat, ut conſpici non poſſet; a parte poſteriore arcus totus deficiebat;

(*f*) Tab. III. Fig. 1. n. n. n.
(*g*) Tab. III. Fig. 2. n.
(*h*) Tab. III. Fig. 2. o.
(*i*) Tab. III. Fig. 2. p.
(*k*) Tab. III. Fig. 2. q. q.
(*l*) Tab. III. Fig. 2. s. s.

bat; partes laterales cum ſinu, in occipitis oſſe, a quoque latere nexæ, pro parte diſtingui poterant (*m*), ſed non, niſi ſeparata membrana, quæ partes omnes integebat, firmiterque connectebat. Tertia vertebra etiam deficiebat a parte poſteriore, & hujus, ut & quartæ vertebræ latera ſic erant appreſſa Epiſtropheo, ut vix quicquam de iis apparuerit; quinta, ſexta, & ſeptima (*n*), ferme naturali in ſtatu erant: ſed de collo latius agendum erit, abſoluta cranii deſcriptione.

Ad Faciëi examen progreſſus, oſſa, hanc, ut & foveas oculorum componentia, adeo degenerata (*o*) vidi, ut, calvariam humanam eſſe, vix quiſquam crederet.

Maxilla inferior (*p*), ſolito majorem longitudinem, altitudinem, craſſitiem, habens, ſic erat in lateribus compreſſa, ut latera hæcce ab anteriore vix dimidium pollicem diſtarent, a poſteriore, quia ibi hæc oſſa magis introrſum prominent, diſtantia etiam non adeo magna eſſet (*q*). Unicum os totam conſtituebat maxillam, non ergo aderant duæ illæ partes, quæ cæterum ſemper in fœtu, in neonato, ſeſe offerunt, & temporis lapſu invicem concreſcunt; linea quædam conſpiciebatur, in figura etiam notata (*r*), quæ nexum

(*m*) Tab. III. Fig. 2. r. r.
(*n*) Tab. III. Fig. 2. t. u. v.
(*o*) Tab. IV. Fig. 1. & 2.
(*p*) Tab. IV. Fig. 1. a. a.
Fig. 2. a.
(*q*) Tab. V. Fig. 2. a. b. b.
(*r*) Tab. IV. Fig. 1. b.

nexum duarum partium, cartilaginis interventu, indicare videbatur; ſed ad parvam tantummodo a margine alveolari (*s*) diſtantiam levis fiſſura erat, reliqua pars penitus concreta eminentem & acutiusculam lineam formabat.

Maxillæ ſuperioris ea pars, quæ, cum palati oſſibus, palatum oſſeum conſtituit (*t*), pariter valde anguſta erat, ſi comparatur cum palato in cranio infantis neonati & bene conformati, & latitudinem trium octavarum partium pollicis vix ſuperabat. A ſuſtentaculis oſſium jugalium maxillaria oſſa inſigniter verſus anteriora erant promota (*u*), unde forma faciëi ab humana multum differebat. Jugalia oſſa (*v*) deſcendebant nimium.

Foveæ oculorum multo minus erant excavatæ, quam eſſe ſolent, & oſſa, quæ easdem componunt, omnia figuram, a ſtatu naturali alienam, monſtrabant. Qui in bene conformatis foraminibus oculorum inferiores partes formant, vertices oſſium maxillarium, (qui pariter ſinuum, in his oſſibus inveniendorum ſuperiorem partem conſtituunt, & in quibus ſemicanalis conſpicitur, transmittens ramum ſecundi rami quinti nervorum paris, qui ex foramine infraorbitali (*w*) exit) latera conſtituebant interna (*x*). Singula-

(*s*) Tab. IV. Fig. 1. f.
(*t*) Tab. V. Fig. 2. c. c.
(*u*) Tab. IV. Fig. 1. d. d, Fig. 2. d.
(*v*) Tab. IV. Fig. 1. k. k.
(*w*) Tab. IV. Fig. 1. g. g.
(*x*) Tab. IV. Fig. 1. o. o.

gulari ratione partibus ſuis inferioribus verſus foramina oculorum, ſuperioribus verſus nares, erant promota oſſa plana (*y*), cum dictis oſſium maxillarium verticibus nexa. Inferiores foraminum oculorum partes conſtituebant ſola ferme oſſa jugalia (*z*), multum excavata, & verſus latera pariterque deorſum promota. Latera externa formabant pro parte oſſa jugalia, pro parte os frontis, illæ enim proceſſuum lateralium oſſis multiformis portiones, quæ latera dictorum foraminum cæterum perficiunt, magis verſus partem ſuperiorem erant dimotæ (*a*). Reliquas ſuperiores partes lamellæ illæ oſſis frontis formabant, quæ ſemper oculorum foramina a conceptaculo cerebri diſtinguunt, ſed hoc in capite vix duas octavas pollicis partes latæ erant (*b*). Foramen in quoque cavo oculi non niſi unicum erat (*c*); confluxerant enim tria, quæ adeſſe debuiſſent; illud, quod inter baſin oſſis multiformis & proceſſum priorem invenitur, atque nervum opticum transmittit; lacerum, inter dictum proceſſum & lateralem ejusdem oſſis obvium pro tertio, quarto, ſexto nervo cerebri, & primo ramo quinti; & illud, quod inter os maxillare & proceſſum lateralem oſſis multiformis datur, atque verſus tempus tendit.

A ca-

(*y*) Tab. IV. Fig. 1. q. q.

(*z*) Tab. IV. Fig. 1. k. k. r.

(*a*) Tab. IV. Fig. 1. s.

(*b*) Tab. IV. Fig. 1. t.

(*c*) Tab. IV. Fig. 1. inter o. r. s. q.

A capite verſus latera duæ quaſi alæ ſecedebant, factæ ex partibus ſquammoſis oſſium temporum (*d*), admodum parvis, & portionibus oſſis occipitis, in quas apex hujus osſus diviſus erat (*e*), quæ partes in laterali capitis adſpectu una cum proceſſibus zygomaticis patebant melius.

Talem itaque figuram, quæ admirandum hocce cranium a latere exhibet, adjunxi, ut partes, cava oculorum conſtituentes, os frontis (*f*), planum (*g*), vertex oſſis maxillaris ſuperioris (*h*), os unguis (*i*), proceſſus naſalis oſſis maxillaris ſuperioris (*k*); porro ejusdem oſſis corpus, maxillam ſuriorem ſtricte dictam conſtituens (*l*), & alveolarem marginem formans (*m*), multum antrorſum promotum; introitus narium (*n*), os jugale (*o*), proceſſus zygomaticus oſſis temporis (*p*), ejusdem oſſis reliqua pars ſquammoſa (*q*), pars apicis oſſis occipitis (*r*), rite diſtinguantur. Eadem hac in icone conſpiciuntur quidem oſſa omnia, quæ poſteriorem hujus cranii partem conſtituunt, pars lateralis oſſis occipitis (*s*), pars petroſa oſſis temporis (*t*), proceſſus lateralis oſſis

(*d*) Tab. IV. Fig. 1. u. u.
(*e*) Tab. IV. Fig. 1. v. v.
(*f*) Tab. IV. Fig. 2. m.
(*g*) Tab. IV. Fig. 2. n.
(*h*) Tab. IV. Fig. 2. k.
(*i*) Tab. IV. Fig. 2. l.
(*k*) Tab. IV. Fig. 2. g.
(*l*) Tab. IV. Fig. 2. d.
(*m*) Tab. IV. Fig. 2. e.
(*n*) Tab. IV. Fig. 2. i.
(*o*) Tab. IV. Fig. 2. o.
(*p*) Tab. IV. Fig. 2. p.
(*q*) Tab. IV. Fig. 2. s.
(*r*) Tab. IV. Fig. 2. t. ant.
(*s*) Tab. IV. Fig. 2. u. u.
(*t*) Tab. IV. Fig. 2. v.

offis multiformis (*u*); ejusdem offis bafis (*v*); lamella offis frontis, fuperiorem cavi oculi partem conftituens (*w*); & ejusdem offis margo, qui fupercilium format (*x*). Sed ut partes hæ omnes tanto melius in oculos incurrerent, alio modo depingendum, & a fuperiore luftrandum, hocce cranium cenfui.

Hoc pacto itaque depictum (*y*) cranium, in quoque latere & a priori fupra oculorum cava, exhibet marginem, quo os frontis definit (*z*), lamellas, quæ oculorum cava a conceptaculo cerebri diftinguunt (*a*); inter quas vix quicquam de cribriformi delitescit (*b*). Adfurgit multum bafis offis multiformis (*c*); cujus proceffus priores infolitum occupare videntur locum (*d*). A quoque latere hujus bafis cavitas eft (*e*), quæ omne, quod de cerebro degenerato fupererat (*f*), reconderat, facta præcipue ex proceffibus lateralibus offis multiformis, ibique confpiciuntur foramina pro ramis fecundis (*g*), & tertiis (*h*) quinti nervorum paris,

(*u*) Tab. IV. Fig. 2. x.
(*v*) Tab IV. Fig. 2. y.
(*w*) Tab. IV. Fig. 2. z.
(*x*) Tab. IV. Fig. 2. α. α.
(*y*) Tab. V. Fig. 1.
(*z*) Tab. V. Fig. 1. a. a.
(*a*) Tab. V. Fig. 1. b. b.
(*b*) Tab. V. Fig. 1. c.
(*c*) Tab. V. Fig. 1. d.
(*d*) Tab. V. Fig. 1. e. e.
(*e*) Tab. V. Fig. 1. f.
(*f*) Tab. III. Fig. 2. m. m.
(*g*) Tab. V. Fig. 1. g.
(*h*) Tab. V. Fig. 1. h.

ris, & pro vaſis (*i*). Pone baſin multiformis cartilago (*k*) eſt, cujus ope pars anterior oſſis occipitis (*l*) cum hac baſi conjungitur. Partes petroſæ oſſium temporum (*m*), quæ deſcendunt & verſus anteriora decurrunt in bene conformato cranio, multum adſurgunt, & in parte, nunc ſuperiore, conſpicitur foramen, quod ſine dubio intravit ſeptimum nervorum par (*n*). Inter illud foramen, atque ſupra nominata, aliud eſt, maxime contractum, per quod arteria carotis adſcendere debuit (*o*). Cum partibus poſterioribus horum oſſium petroſorum cohærent, multum a ſe invicem remotæ, partes laterales oſſis occipitis (*p*), & in ipſis illis oſſibus diverticulum adeſt (*q*), multum excavatum, unde vena jugularis interna accepit ſanguinem. Laterales cranii partes conſtitui ab oſſe occipitis (*r*), hac ex figura egregie etiam patet; confirmatque eadem, maximam, pro parte ex aliis figuris jam cognitam, mutationem ſubiiſſe os occipitis. Hoc os in fœtu ex quatuor componitur partibus (*s*), quæ invicem nectuntur ſic, ut inter easdem foramen magnum re-

(*i*) Tab. V. Fig. 1. i.
(*k*) Tab. V. Fig. 1. *.
(*l*) Tab. V. Fig. 1. k.
(*m*) Tab. V. Fig. 1. l. l.
(*n*) Tab. V. Fig. 1. m. m.
(*o*) Tab. V. Fig. 1. n. n.
(*p*) Tab. V. Fig. 1. o. o.
(*q*) Tab. V. Fig. 1. p. p.
(*r*) Tab. V. Fig. 1. r. r. r. r.
(*s*) Albini Icon. oſſ. fœt. Tab. III. Fig. 10. 11. 12. 13.

remaneat; harum maxima illa eſt, quæ apicem conſtituit (*t*), ſeſe inter oſſa verticis interſerit, & cum iisdem poſtea ſuturam lambdiformen conſtituit. Deficiebant in deſcripto cranio oſſa verticis, occipitis oſſis portio dicta ſuperior erat ad foramen magnum usque diviſa, altera pars dextrorſum, ſiniſtrorſum altera receſſerat, & cum reliquiis partium ſquammoſarum oſſium temporum atque frontis quæque cohærebat: in his etiam partibus illæ aderant fiſſuræ (*u*), quæ in hac maxima oſſis occipitis parte in fœtu ſemper adeſſe ſolent (*v*). Receſſerant præterea multum ab invicem partes laterales oſſis occipitis (*w*), & hinc non niſi margo anterior foraminis magni (*x*) ſupererat, qui formari ſolet ab illa parte dicti oſſis (*y*), quæ, inter petroſa (*z*) ſeſe interſerens, cum baſi oſſis multiformis (*a*) conjungitur. Et, cum his in partibus lateralibus condyli ſunt (*b*), cum quibus Atlantis ſinus (*c*) conjunguntur, removeri illi ſinus & partes laterales dictæ vertebræ (*d*), debuerunt, atque Epiſtro-

(*t*) Albin. Icon. oſſ. fœt. Tab. III. Fig. 10. 11.
(*u*) Tab. V. Fig. 1. s. s.
(*v*) Albin. loc. cit. Fig. 10. 11. g. g.
(*w*) Tab. V. Fig. 1. o. o.
(*x*) Tab. V. Fig. 1. t.
(*y*) Tab. V. Fig. 1. k.
(*z*) Tab. V. Fig. 1. l. l.
(*a*) Tab. V. Fig. 1. d.
(*b*) Albin. Icon. os. fœt. Tab. III. Fig. 12. f.
(*c*) Id. Ibid. Tab. VIII. Fig. 56. d. e. d. e.
(*d*) Conf. Tab. III. Fig. 2. r. r.

ſtrophei dens (*e*) ſtatim in conſpectum venit; & hinc etiam pars inferior hujus cranii longe aliam partium formam exhibuit, quam in ſtatu naturali.

Quæ in hac figura exhibita ſunt, multo melius in dextro, quam in ſiniſtro, apparent latere, quoniam in hocce relicta membrana eſt, quæ partes omnes integebat, in illo verum ſic depurata oſſa omnia ſunt, ut penitus nuda appareant.

Quamvis eum in finem deſcripto jam modo, in prima tabulæ quintæ icone, cranium exhibitum eſt, ut mutationes, quas conceptaculum cerebri ſubiit, optime pateant, attamen partes, quæ naſum oſſeum, oculorum cava, maxillam ſuperiorem conſtituunt, exacte etiam inde cognosci poſſunt. Frontis oſſis portiones duæ (*f*), media linea diſtinctæ, inter oculorum cava ſeſe multum extendunt, & cum naſi oſſiculis (*g*) conjunguntur. In oculorum foraminibus oſſa jugalia (*h*), vertices oſſium maxillarium ſuperiorum (*i*), oſſa plana (*k*), unguis (*l*), proceſſus laterales multiformis (*m*), conſpiciuntur, & in fundo foramina (*n*), in utroque cavo unum, ex confluentibus variis enatum; quæ quidem majora ſunt, quam hic apparent, quo-

(*e*) Tab. III. Fig. 2. n.
(*f*) Tab. V. Fig. 1. u. u.
(*g*) Tab. V. Fig. 1. v. v.
(*h*) Tab. V. Fig. 1. y. y.
(*i*) Tab. V. Fig. 1. z. z.
(*k*) Tab. V. Fig. 1. α. α.
(*l*) Tab. V. Fig. 1. β. β.
(*m*) Tab. V. Fig. 1. γ. γ.
(*n*) Tab. V. Fig. 1. δ. δ.

quoniam hoc in ſitu capitis, per inferiorem eamque ampliorem partem, transparent interiores maxillæ inferioris portiones.

In baſi ſeu inferiore parte cranii; quæ denique examinanda & icone illuſtranda videbatur (*o*); pone palatum oſſeum (*p*) duæ narium cavitates, medio vomere (*q*) ſeparatæ, apparent; ab horum lateribus proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis (*r*), oſſium temporum annuli (*s*), tympani membranas continentes; partes mammillares oſſium temporum (*t*), a lateribus foramina (*u*), inter partes laterales oſſis occipitis, multum remotas (*v*), atque illas ejusdem oſſis portiones, in quas ſeceſſerat apex (*w*), ut & inter partes petroſas oſſium temporum. Ad hæc deſinebant venæ jugulares internæ, ex diverticulis antea deſcriptis (*x*) ſanguinem accipientes.

Oſſa petroſa inter ſe magnum relinquunt hiatum, ſeu ſulcum, enatum exinde, quod pars anterior oſſis occipitis (*y*), quæ ſe inter dicta oſſa interſerit, & cum baſi multiformis conjungitur, multum ſurſum eſt protruſa, & illæ oſſium pe-

(*o*) Tab. V. Fig. 2.
(*p*) Tab. V. Fig. 2. c. c.
(*q*) Tab. V. Fig. 2. d.
(*r*) Tab. V. Fig. 2. e. e.
(*s*) Tab. V. Fig. 2. f. f.
(*t*) Tab. V. Fig. 2. g. g.
(*u*) Tab. V. Fig. 2. h. h.
(*v*) Tab. V. Fig. 2. i. i.
(*w*) Tab. V. Fig. 2. m. m. m. m.
(*x*) Tab. V. Fig. 1. p. p.
(*y*) Tab. V. Fig. 2. l.

petroſorum partes, quæ cum dicto oſſiculo cohærent, pariter adſcendunt, depreſſis partibus lateralibus. Dictum hiatum adimplebant colli vertebræ. Loco etenim condylorum ſeu proceſſuum coronoïdeorum, in partibus lateralibus oſſis occipitis ſemper præſentium pro nexu cum Atlante, duæ ſatis æquabiles, parum excavatæ, erant ſuperficies (z), cum quibus prima vertebra, una cum ſequentibus maxime mutata, committebatur.

Pars quippe anterior arcus Atlantis (a), tota, ut ſolet, cartilaginea, & tenuiſſima, oſſis occipitis parti, anteriorem foraminis magni marginem facienti (b), ſic fuit appreſſa, ut conſpici non potuerit. Partes Atlantis laterales oſſeæ ſuperficies duas monſtrabant, parum prominulas, cartilagine incruſtatas (c), quæ dictis planitiebus in partibus lateralibus oſſis occipitis (d), ſeſe accommodabant. Ab inferiore earundem partium lateralium, duo erant ſinus, cartilaginea cruſta obducti (e), pro nexu cum partibus lateralibus Epiſtrophei (f). Deficiebat arcus poſterior Atlantis, ſeceſſerant hoc in loco partes laterales multum a ſe invicem, & deſinebant in mucronem, tuberculatum (g).

Epi-

(z) Tab. V. Fig. 2. k. k.
(a) Tab. VI. Fig. 3. 4. a.
(b) Tab. V. Fig. 1. t.
(c) Tab. VI. Fig. 4. b. c.
(d) Tab. V. Fig. 2. k. k.
(e) Tab. VI. Fig. 3. b. c.
(f) Tab. VI. Fig. 1. e. e.
(g) Tab. VI. Fig. 3. 4. d. d.

Epiſtrophei dens (*h*), propter dictum ſitum arcus anterioris Atlantis, ejusque tenuitatem, videbatur ſoli occipitis oſſi accumbere (*i*). Partes ſecundæ hujus vertebræ laterales (*k*), ſuis ſuperficiebus, cartilagine tectis (*l*), pro nexu cum Atlante (*m*) inſtructæ, multum a ſe invicem remotæ, deficiente apice cartilagineo, depreſſæ (*n*) præterea, ſic ut ultra ſubſequentis vertebræ partes laterales (*o*) deſcenderent, deſinebant in apicem obtuſum, cartilagine obductum (*p*). Tertiæ (*q*), & quartæ (*r*) vertebræ partes laterales, ſolito tenuiores, pro parte ſecundâ (*s*) tectæ, cartilaginis ope a parte poſteriore cohærebant (*t*). Quartæ (*u*), ut & quintæ (*v*) apices magis adſcendebant: ſexta (*w*) atque ſeptima (*x*) erant naturales. Corpora harum vertebrarum (*y*), ut & proceſſus articulares (*z*), ſolito modo erant fabrefacta.

(*h*) Tab. VI. Fig. 1. 2. a.
(*i*) Tab. III. Fig. 2. n.
(*k*) Tab. VI. Fig. 1. c. c. Fig. 2. o.
(*l*) Tab. VI. Fig. 1. e. e.
(*m*) Tab. VI. Fig. 3. b. c.
(*n*) Tab. VI. Fig. 2. o.
(*o*) Tab. VI. Fig. 1. g. g. Fig. 2. p.
(*p*) Tab. VI. Fig. 1. d. d.
(*q*) Tab. VI. Fig. 1. g. g. Fig. 2. p.
(*r*) Tab. VI. Fig. 1. h. h. Fig. 2. q.
(*s*) Tab. VI. Fig. 1. c. d. c. d. Fig. 2. o.
(*t*) Tab. VI. Fig. 1. i.
(*u*) Tab. VI. Fig. 1. h. h. Fig. 2. q.
(*v*) Tab. VI. Fig. 1. k. k. Fig. 2. r.
(*w*) Tab. VI. Fig. 1. l. l. Fig. 2. s.
(*x*) Tab. VI. Fig. 1. m. m. Fig. 2. t.
(*y*) Tab. VI. Fig. 2. b-g.
(*z*) Tab. VI. Fig. 2. h-n.

C A-

CAPUT SECUNDUM.

De Acephalis veris.

Non desunt exempla infantum, toto capite carentium, qui itaque veri Acephali dicendi sunt. Ii vero, qui hoc sensu monstrosi erant, vel solo destituti fuerunt cranio, vel præter caput, aliis, pluribus paucioribus, ad vitam magis minusve necessariis caruerunt partibus, vel & massam retulerunt informem.

Minimus videtur esse numerus eorum, quibus, omni alio sensu, saltem quoad formam externam, perfectis, truncus supra humeros, rotundo fine desinebat, nullumque adnexum caput erat. Tot quidem a variis auctoribus adducuntur casus, qui huc viderentur referri debere, ut magnum potius, quam parvum, horum numerum quisque crederet, verum si Pareum (*a*), Schenkios, patrem (*b*), filium (*c*), Licetum (*d*) aliosve evolvimus, aut ab Hallero

(*a*) Oeuvres Paris 1628. liv. 25. chap. 8.
(*b*) Observat. Medicor. rar. pag. 8.
(*c*) Monstror. Histor. mirab. Francof. 1609. pag. 1.
(*d*) De monstris ex recensione Blasii. pag. 138.

ro citatas obſervationes (*e*) intuemur, rarius ſolum caput defeciſſe, merito concludimus.

Narrat Du Cauroy, natum fuiſſe infantem absque capite, & ullo indicio ipſius, ſed quanta fides haberi huic obſervationi debeat, ex iis, quæ ſuperaddit, quisque concludet, relatum ſibi hunc caſum ab obſtetrice fuiſſe, ſe infantem non vidiſſe, multo minus examinaſſe (*f*).

Videretur in Muſeo Regis Galliarum adſervari fœtus trium menſium, quoad truncum artusque bene conformatus, ſed capite carens, quem ad Morandum anno 1746. miſit Vacher (*g*). Verum ſi adtendimus ad ea, quæ Academici Pariſini de eodem hoc fœtu, a Morando Academiæ oſtenſo, dicunt, partes alias etiam male conformatas fuiſſe, liquet (*h*).

Mappus autem verum acephalum, cui partes reliquæ omnes rite conſtructæ erant, delineavit. Huic infanti, præter caput, deërat omnino nihil. Dolendum, quod cultro

(*e*) Lib. de monſtris Oper. minor. Tom. 3. pag. 35. Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 353.

(*f*) Journal des Sçavans 1696. Collect. Acad. Part. etranger. Tom. 7. pag. 27.

(*g*) Hiſtor. natur. avec la deſcription du Cabinet du Roy. Tom. 5. pag. 268. Edit. in 8.

(*h*) Hiſtoir. de l'Acad. R. des Sciences année 1746. pag. 40.

tro anatomico hocce monſtrum ſubjicere non licuerit, adeoque, præter brevem deſcriptionem formæ externæ, & exactam delineationem, prout ab anteriore & a poſteriore ſeſe exhibuit, nihil dare potuerit (*i*).

Vidit Littre fœtum ſeptimeſtrem, capite colloque carentem, cujus trunci pars ſuperior iisdem tegebatur integumentis, quibus reliquum corpus; aliumque octimeſtrem, ſolo capite deſtitutum, cujus ſupremam colli partem cutis inveſtiebat (*k*).

Stetini in Pomerania vidiſſe ſe infantem ſine capite, cui nihil ulterius videtur defuiſſe, memoriæ prodidit de Superville (*l*).

Longe major numerus eorum, quibus præter caput, etiam aliæ defuerunt partes, tantus profecto, ut tædium Lectori crearem, ſi omnia annotata exempla repeterem. Sufficiant ſequentia.

Poſt teneram, bene conformatam, puellam, in lucem emiſſam, anno 1690. Magdeburgi monſtrum acephalum fuiſſe natum, tradit Schelhammer (*m*). Artus difformes erant; corde & pulmonibus carebat; ſternum nullum conſpi-

(*i*) Hiſtor. Med. de Acephalis Argent. 1687. pag. 24.

(*k*) Memoir. de l'Acad. R. des Sciences 1701. pag. 119. 120. Edit. Amſt.

(*l*) Philoſoph. Transact. 1740. Num. 456. pag. 303.

(*m*) Ephem. Nat. curioſ. Dec. 2. ann. 9. obſ. 258.

ſpiciebatur, coſtæ autem omnes cum diaphragmate aderant, nec deficiebant abdominalia viscera.

Bononiæ 1720. natam, & paululum motam, monſtroſam puellam refert Vogli, non cerebro tantum, ſed & capite, brachiis, pulmonibus, corde, diaphragmate, hepate, liene, renibus ſuccenturiatis deſtitutam, ſpinali autem medulla ampla, renibus permagnis, rudi ventriculo, inteſtinis, veſica urinaria, utero cum annexis tubis & teſtibus, gaudentem; pedibus tamen tribus tantum digitis inſtructis, prioribus quidem digitis in eorum altero ſimul preſſe junctis, in altero vero belle diviſis, ſexuque adeo diſtincto, ut nunquam melius. Enixa eam erat mater poſt partum alius puellæ vivæ, & completæ: utraque peculiari ſuo funiculo umbilicali, placenta vero communi, ditabatur (*n*). Videtur hic fœtus idem cum eo, quem anno pariter 1720. Bononiæ ſe vidiſſe, tradit Bianchi, licet deſcriptio paulo alia ſit. Nonimeſtrem enim fœtum ſeſe ibidem obſervaſſe notat, ſine capite, ſine thorace, ſine corde, ſine pulmonibus & vaſis majoribus ſanguineis, ita ut ſumma trunci pars diaphragmate finiretur (*o*). Bianchi ſaltem inſtitutæ a Vogli ſectioni adſtitit (*p*). Una

(*n*) J. H. Vogli fluidi nervei hiſtoria Bononiæ 1720. pag. 38. A. Vallisneri Opere Fiſico-mediche. Tom. 2. pag. 302.

(*o*) De naturali in humano corpore vitioſa, morboſaque generatione hiſtoria pag. 245.

(*p*) Vallisneri loc. cit. pag. 303.

Una cum viva puella, fexto graviditatis menfe, enixam mortuam defcripfit Mery, cujus trunci pars fuperior terminabatur primâ dorfi vertebrâ. Caput, collum, fcapulæ, claviculæ, brachia, deficiebant, infra umbilicum perfecta erat, fic ut folummodo in utroque pede minimus deëffet digitus. Unicæ placentæ ambæ adhæferant intra eadem velamenta, ex unico fune, fed circa mediam longitudinem bifido, dependentes. Ventre aperto ventriculus, omentum, inteftina tenuia, hepar, veficula fellea, pancreas, lien non inveniebantur, fed aderant craffa inteftina una cum utero. Cœcum fuperiorem capacitatis partem occupabat, duæ ipfi adhærebant appendices vermiculares, & principium ipfius erat claufum. Mefenterio craffa adhærebant, venas a vena umbilicali, arterias a trunco magno accipientia. Renes, maffa informi carnofa tecti, alto admodum loco deprehendebantur, indeque nati ureteres ad veficam decurrebant. Novem coftæ, cum vertebris articulo nexæ, partibus anterioribus liberæ erant, deficiente fterno, licet cartilago enfiformis adeffet. Juxta corpora vertebrarum duo incedebant canales, alter a finiftro latere officio aörtæ fungebatur, alter a dextro officio venæ cavæ. Pulmones cum corde aberant (*q*).

Argen-

(*q*) Memoir. de l'Acad. R. des Sciences 1720. pag. 10. feq. edit. Amft.

Argentorati fœtus, ſex circiter menſium, acephalus, diſſectus dicitur. Medium pectoris occupabat excrescentia ſpongioſa, parvis glandulis obſita. Extremitates ſuperiores & inferiores erant præternaturales. Ad ſupremam corporis partem ſpina dorſi verſus anteriora erat inclinata, & ad dictam excrescentiam deſinebat. Supra ſcapulas ſubſtantia fungoſa erat, intra quam nullum veſtigium oſſiculorum cranii, cerebri, aliarumve partium capitis detegebatur. Hepar, ventriculus, lien aberant. Renes occupabant hypochondria: inteſtina membranæ interventu adhærebant vertebris, & canalis hic ſuperiore in parte erat perfecte clauſus. Thoracis capacitas, diaphragmate a ventre ſeparata, parva admodum, nullum continebat viscus (*r*).

Exactam anatomen fœtus ſine capite, collo, pectore, corde, pulmonibus, ventriculo, hepate, liene, pancreate, & parte inteſtinorum tenuium, dedit Clar. Winslow. Mater, in lucem emiſſo puero bene conformato, hunc, ventre, lumbis, coxis, artubusque inferioribus compoſitum fœtum peperit, dimidium ergo fœtum referentem, & longitudine ſua octo pollices non ſuperantem. Craſſities coxarum femorumque enormis erat. Superior pars, rotunda, iisdem integumentis inveſtiebatur, quæ reliquum

(*r*) Memoir. de l'Acad. R. des Sciences année 1740. pag. 822.

liquum corpus tegebant. Crura incurvata, pedes contorti, digiti præternaturales erant. Funis umbilicalis cum demissiori, quam cæterum solet, abdominis loco cohærebat. Ad distantiam sesqui lineæ supra umbilicum parva eminentia aderat cutanea, & a latere dextro similis, minor. — Secta cute, membrana adiposa, similis madidæ spongiæ, serosum humorem magna copia emittebat. Inter cutem & telam cellulosam supra eminentiam cutaneam, musculus conspiciebatur, tenuis, excolor; qui summitatem corporis infantis conscendebat, & a posteriore usque ad infimam lumborum partem descendebat. Supra dictam eminentiam cutaneam musculus hic ex puncto quasi incipiebat, fibræ autem, adscendendo, radiorum adinstar, divergebant, donec dictum attingebant locum, ubi in cellulosa videbantur evanescere. Nihil aliud musculosi circa ventrem detegebatur, &, inter cutem atque peritonæum, præter crassam cellulosam, & pauca vasa sanguinea, nihil erat. — Ventre aperto, mox intestina sese offerebant. Deficiebant ventriculus, hepar, lien, pancreas, vesicula fellis, omentum, duodenum. Intestina reliqua mesenterio adhærebant: extremitas eorum superior perfecte erat clausa, inferior solito modo & loco desinebat. Vesica urinaria, ferme naturalis, urachum, vasaque arteriosa, nexa monstrabat. Vena umbilicalis, postquam recesserat a fune umbilicali, &

 ab-

abdomen intraverat, formabat truncum, admodum brevem, qui recta adſcendens ſeſe infigebat baſi eminentiæ cutaneæ, conjuncta ibi cum trunco alius vaſis, ex eadem baſi exeuntis, quod inflexum pone inteſtina deſcendebat, ferme in eundem modum, ac aörtæ pars inferior, & plures emittebat ramos. —— Eminentiâ cutaneâ diſſectâ, ſublatisque hunc in finem integumentis, hoc in loco ſatis craſſis, incluſus ipſi conſpiciebatur ſaccus membranaceus, albus, ex parvis cellulis membranaceis, humore ſeroſo-lymphatico plenis, compoſitus; harum autem conformatio & diſpoſitio circa aperturam venæ umbilicalis & ſimilem trunci arterioſi, inveſtigari non poterat. Aderat ren unicus, magnus, naturalis, ſed transverſim vertebris lumborum impoſitus, ſic ut concava pars inferiora verſus dirigeretur; variæ hunc renem intrabant arteriæ, ſed nulla partem concavam, ex qua duo exibant ureteres, ſolito more deſcendentes. Capſulæ atrabilariæ aberant. —— Vaſorum arterioſorum decurſus erat ſingularis. Continebant ſimilem humorem, qualem ſaccus, eminentiæ cutaneæ incluſus. Ne guttula quidem ſanguinis conſpiciebatur. Venarum nullum apparuit veſtigium. —— Oſſa ferme omnia bene conformata erant. Tria metacarpi detegebantur, & tres ordines digitorum. Patellæ deficiebant (*s*).

Una

(*s*) Memoir. de l'Acad. R. des Sciences année 1740. pag. 811.

Una cum vivis ſanisque gemellis in lucem emiſſum monſtrum deſcribitur ſine capite, thorace, brachiis (*t*). Abdomen cum partibus inferioribus & genitalibus rite erat conformatum; pedes vario modo intorti; utrique tres adhærebant digiti, quorum medius, in ſiniſtro latere, ex duobus, minoribus, concretis invicem, conſtabat, & duplici inſtructus erat ungue. Abdomen craſſa, ſpongioſa, carne, compoſitum, cavitate parva gaudebat, præter renes, inteſtinum, & veſicam urinariam, nihil continente.

Fœtum octimeſtrem obſervavit de Superville, ſine capite & brachiis, ſolo abdomine, artubusque inferioribus, conſtantem. Unica intus erat capacitas, cujus in ſuprema parte veſica parva conſpiciebatur, ſed quæ præter pauca inteſtina, duos renes, veſicam urinariam, ac dextrum teſticulum, continebat nihil. Caro admodum dura erat. Cor, pulmones, ventriculus, hepar, lien, pancreas, meſenterium, aberant (*u*).

Deſcripſit quoad formam externam fœtum, nono graviditatis menſe, una cum alio in partu defuncto, natum, capite,

(*t*) Breslauiſche Sammlungen von Natur- und Medicin- Kunſt- und Literatur-Geſchichten 1722. Jun. pag. 626. Conf. etiam J. C. Kundmann Seltenheiten der Natur und Kunſt. pag. 809. Tab. 16. Fig. 3. 4.

(*u*) Philoſoph. Transact. vol. 41. pag. 303. 1740. n. 456.

pite, corde, pulmonibus, ventriculo, liene, pancreate, hepate, renibus, destitutum, Le Cat, ejusque sectionem anatomicam dedit (*v*), quam observationem olim exacte communicavi (*w*).

Dicitur etiam adservare Cl. Sue monstrum, cujus caput, pedes, & extremitates superiores deficiunt, inferior trunci pars & pedes adsunt, nullum vero umbilicalis funis vestigium reperitur (*x*).

Simile denique monstrum examinare & mihi licuit, quemadmodum alibi dixi (*y*), idemque hoc delineatum exhibetur (*z*).

Veri acephali subinde massam informem retulerunt. Pertinet huc Everhardi observatio (*a*), quam repetiit Blasius (*b*). Monstrosus hic fœtus, pro carnea mole duntaxat habitus, sine capite, collo, pectore, brachiis, instructus solummodo erat lumbis atque natibus, quas excepere femora, crura, pedes, quorum dexter tribus tantum munitus digitis, ac

(*v*) Philosoph. Transact. vol. 57. part. 1. pag. 1.

(*w*) Natuur-en Geneesk. Bibliotheek VI. D. pag. 117. seq.

(*x*) Burdach de læsione partium, fœtus nutritioni inservientium. pag. 5. not. b.

(*y*) Observat. Anatom. Patholog. Lib. 2. pag. 101. not. z.

(*z*) Geneeskundige Jaarboeken I. D. 2. st. pag. 113.

(*a*) Descripta hæc est in libro, cui titulus: lux e tenebris effulsa ex viscerum monstrosi partus enucleatione. Medioburgi 1663.

(*b*) In Appendice ad Licetum de monstris pag. 300.

ac œdematofus admodum; finifter quatuor digitis gaudebat, & ambo decuffatim excurrebant. Aderant podex, membrum virile, ac umbilicalia vafa longo fatis itinere placentam uterinam fubeuntia, iisque glandula quædam incubuit. Ultima lumborum vertebra in apicem definebat. Diffecto corpusculo, neque cor, multo minus pulmones, neque lienem, renes, veficam urinariam, neque inteftina obtegens omentum reperire licuit. Unicum hepar, vafis fuis inftructum, & ratione corpusculi mole vaftiffimum, ac inteftina, pauca, vacua, breviffima, fuo colligata mefenteriolo, pluresque glandulæ, in peritonæo fuere recondita. Ventriculus nifi fuperioris inteftini pars quædam expanfior, craffiorque apparuit. Cœcum inteftinum non aderat. Colon ob incifuras facillime diftingui potuit. Rectum imperforatum extitit. Jecur veficula fellea poroque bilario caruit.

Ovum, ab utero ejectum, circa feptimum graviditatis menfem, una cum ingenti mole veficularum, examinavit Vallisneri. Magnitudo erat ovi anferini; continebat molem imperfectam & morbofam. Caput, pedes, & crura deërant, folus corporis truncus, ruditer compactus, obfervabatur, & in eo cor erat amplum cum aörta & vena cava inter geminos utriculos, qui pro pulmone habiti funt. In imo ventre informis fanguinea moles vices hepatis ge-

rebat. Loco pancreatis & lienis gemina congeries incomposita glandularum apparuit. Ventriculus cum elongatis inteſtinis mollibus & friabilibus patuit (*c*).

Obſervavit etiam Mappus maſſam deformem, ex qua inteſtina propendebant nuda, cui infimus erat uterque pes, alter plenior, alter extenuatus. Cute inciſa & remota, inferiorum artuum oſſa, carnibus tecta, cum oſſibus innominatis & ſacro, carne itidem non deſtitutis, molem conſtituere, manifeſtum erat (*d*).

Talem informem molem paucis etiam deſcripſit, & delineavit Burton (*e*).

Huc denique accenſendum videtur monſtrum, cujus deſcriptionem delineationemque dedit Buttner (*f*). Caput, brachia, deficiebant; pedes, genitalia, difformia erant; anus clauſus, &, quoad viscera interna multi etiam obſervabantur defectus: cor enim, pulmones, ventriculus, hepar, lien, pancreas, renes, teſtes deërant, & inteſtinorum canalis brevis admodum erat. In ſceleto non minus variæ difformitates notabantur.

(*c*) Malpighii Oper. poſth. pag. 87.
(*d*) Hiſtor. Medic. de Acephalis pag. 25.
(*e*) An Eſſay towards a complete new ſyſtem of Midwifry pag. 274. Tab. 17. fig. 1.
(*f*) Anatom. Wahrnehm. pag. 188.

CAPUT TERTIUM.

De acephalis, minus proprie dictis.

Ad Acephalos, improprie dictos, refert citatus antea Mappus (*a*), 1. tales, qui primo solum intuitu acephali omnibus videntur, sed rite examinati caput monstrosum habent; 2. qui parte capitis carent, fronte, cranio, cerebro; 3. qui gemellis adhærentes colletenus, ex pectore aut ventre illorum integri pendere visi sunt, capite quasi in ventre aut pectore gemelli fratris aut sororis recondito, qualia observata, ut alii enumerarunt, sic & Mappus plura collegit (*b*).

Dicen-

(*a*) Histor. Medic. de Acephalis pag. 15. seq.

(*b*) Ipse, casum hujus generis describens, observationes similes, bene multas, adduxi, in Nov. Act. Physico-Medic. vol. 4. pag. 150. Meretur pueri monstrosi historia hic paucis repeti. —— Infra sternum pueri, omni sensu perfecti, inter cartilagineos costarum spuriarum margines, magis ad dextrum, quam ad sinistrum latus, abdomini adhærebant nates, femora, crura, ac pedes alterius infantis, per solam cutem, quæ latitudinem dimidii pollicis non excedebat. Linea, qua nates separari solent, non erat distinguenda, & nulla ani comparuit apertura, & in ipsius loco cutis exiguam exhibebat foveam. Genitalia aderant nulla, sed eorum loco pars quædam, ex duplicata cute constans, nulla apertura prædita, ad dextrum latus

Dicendum nobis præsertim erit de illis, qui secundo loco memorati sunt, casibus, de iis itaque infantibus, qui instar nostri, hoc opusculo descripti, capite gaudent, sed adeo deformi, ut locus pro cerebro ferme nullus supersit, illudque ea propter una cum ossibus variis, aliorumque partibus, deficiat.

Qui autem observata talia annotarunt, vel externam tantum conformationem delinearunt, vel anatomen minime exactam instituerunt (c), de his itaque non dicam, sed exem-

tus reflexa, compressa, & hac sub parte linea transversa cutem dividebat. ——— Femora ferme recta versus latera procurrebant; cum iis ad angulum parum acutum connectebantur crura. Pedes erant perfecti. Tertio a partu die infans obierat, convulsionibus validis, quæ totum corpus, &, referente matre, adnexas etiam partes adfecerant, vexatus. ——— Columbus anatomen talis monstri descripsit. Anatom. lib. 15.

(c) Mauriceau observat. sur la grossesse & l'accouchement des femmes obs. 348. Velschii Observat. Med. Episagmate 9. in Ejusdem sylloge Curat. & Observat. Medicinal. Van Meekeren Genees- en Heelk. Waarnem. pag. 445. Bartholini Cent. 1. hist. anatom. 83. pag. 124. Van Horne in litteris ad Wepferum in Ephem. Nat. curios. Dec. 1. ann. 3. pag. 223. Slegel ib. pag. 224. Hunerwolf Ibid. Dec. 2. ann. 9. obs. 98. Journal des Sçavans 1697. pag. 581. Os occipitis, ossa verticis, tota pars ossis frontis, quæ in superciliis ad suturam coronalem sese extendere solet, partes squammosæ ossium temporum aberant. Vixerat infans quatuor vel quinque dies. ——— Göckel Consil. & curat. medicin. cent. 2. obs. 50. Littre Histoir. de l'Academie R. des Sciences 1700. pag. 58. Edit. Amst. 1701. Mem. pag. 120. La Motte traité des accouchemens pag. 542. A pedibus ad palpebras superiores bene formata erat puella, sed loco os-

sium

exempla annotabo, quæ cum noſtro, vario ſenſu, conveniunt, & ad illuſtrandum illud inſervire poſſunt.

Caput infantis, cerebro carentis, quem vidit Mauritius Hoffmannus (*d*), plane monſtroſum erat, facies deformis fere caninam exprimebat, auriculis pendulis; oculi ſolitæ magnitudinis eminentiorem faciëi partem occupabant. Frons, calvaria, cerebrum, & cerebellum ſeſe non offerebant. In parte, faciëi oppoſita, durum quoddam corpus, figura primæ vertebræ, alata, carnea mole obductum, protuberabat, ſub quo foramen inſigne penetrabat ad vertebrarum cervicalium

ſium frontis, verticis, occipitis, lamella oſſea erat, intime nexa illis partibus, ad maxillam ſuperiorem pertinentibus, quibus cerebrum incumbere ſolet. Cerebrum nullum erat. Sub lamella externa dicti oſſis ſubſtantia ſpongioſa & tenera deprehendebatur. —— Denys ampt en pligt der Vroedmeeſters pag. 197. fig. 5. 6. Blanchott in ſelect. Phyſico-oeconom. Stutgardiæ 1749. 2. ſt. pag. 127. Pettman Nov. Act. Phyſ. Medic. Tom. 3. pag. 493. Cl. van Doeveren Obſervat. Academ. pag. 45. Fœtus, de quo agit, capitis, collo breviore ſuffulti, ſuperiore parte maxima erat deſtitutus. Cranii quippe galea fere a ſuperciliis, oculos permagnos & valde protuberantes ſuperne definientibus, usque ad imam occipitis partem deërat; oſſa temporum compreſſa, & in duo quaſi tubera nonnihil elevata erant. Oſſium defectum adimplebat maſſa ruberrima, deformis, cerebri rudera exhibens, tenui membrana tecta, humorem ſanguinolentum, per foraminulum, quod durante partu factum erat, effundens. Cultro anatomico fœtum non ſubjecit. ——— Acrel tal om foſtrets ſjukdomar i Moderlifvet. Stockh. 1770. pag. 24. J. Bang Societ. Medic. Havnienſ. Collect. vol. 1. pag. 92.

(*d*) Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 2. obſ. 36.

calium & dorſalium thecas, quæ, licet membrana quadam firma ſuccinctæ, omni tamen medulla deſtitutæ conſpiciebantur. Diſſecto cadavere, nullibi præterquam in capite naturæ defectus inſignis notabatur. Figuras capitis, ab anteriore & poſteriore viſi, ut & oſſium mundatorum adjecit Obſervator, ſed tales, ut partes ex iis determinare non liceat. Nec accuratior in hiſce fuit Kerkringius (*e*), qui deſcripſit, & delineavit infantem ſimilem, cujus caput cum noſtro in multis convenire videtur. Exactam vero talis caſus inveſtigationem inſtituit, & cum Wepfero communicavit Harderus (*f*). Puellæ in loco naturalis hiatus oſſa cranii in peripheria ſesquipalmæ latitudine diſtabant, aperta plane ac late ſuperiori cranii parte, ac ſi ab oculorum ſummitate ſupra aures ad occiput usque cultro lato prædicta oſſa eſſent abſciſſa. In medio divulſorum oſſium propullulabat, loco cerebri, maſſa quædam, carnea, ſolidior intus, & extus ſaturato rubore perfuſa, ex quatuor vel quinque portionibus, ceu adunatis glandulis majoribus, compoſita, quæ tamen nec cerebri anfractus vel mæandros, nec cerebrum & cerebellum ullatenus exprimebant. Maſſa hæc membrana valida tecta fuit, qua adaperta, nihil præter carnem

(*e*) Spicileg. Anatom. obſ. 23. pag. 56. tab. 9.

(*f*) Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 3. pag. 224.

nem ſanguinolentam viſum eſt, atque veſiculas, in dextro latere eminentiori aquâ flavâ plenas. Nulli ventriculi vel eorum veſtigia detegi potuerunt, multo minus reliquarum cerebri partium apparatus. Inter protuberantias anteriores ac poſteriores, digito leniter divulſas, ductus erat ſatis patulus, ut calamum ſcriptorium admitteret, in ſpinalem medullam deſinens, quæ hic ad naturalem conſtitutionem quam maxime accedebat. Rudimenta nervorum mollium, fractu facilium, ab utroque latere in baſi maſſæ carneæ, & principio ſpinalis medullæ, comparuerunt.

Deſcribit ipſe Wepferus (g) puellam, quæ diem circiter vixit, ſed vitæ hujus uſuram, convulſionibus attrita, amiſit, cujusque caput monſtroſum erat. Primo intuitu occurrebat moles convexa, rubicunda, anfractuoſa, ſimilis fere cerebro jam denudato, ſuperficies vero rubicundior & quaſi carnoſa erat. In dextro latere, blanda manu, membrana rubicunda, tenui, ſeparata, tota moles conſtare viſa eſt ex plurimis veſiculis, tenuiſſimorum filorum ope inter ſe cohærentibus, majoribus, minoribus, limpidiſſimam aquam continentibus, vices cerebri ſupplentibus. His ablatis baſis cranii maximam partem plana erat. Oſſa petroſa utrimque & anterius criſta galli leviter prominebant, cribro-

(g) Ibid. pag. 205.

brofum os videbatur obliteratum. In media bafi, ubi fella equina offi fphenoïdi infculpta eft, finus erat fuperficiarius, in quo duo inveniebantur corpuscula, phafeoli magnitudine, juxta fe pofita, quibus in parte poftica aliud rotundum, pifi mediocris magnitudine adjacebat. A tribus illis corpusculis medulla fpinalis, in progreffu amplior, procedebat per finum alium fuperficiarium, ad foramen magnum occipitis. — Tria hæc corpuscula medullofa erant, fubcineritia, æqualia, anfractibus & finibus ferme deftituta. Ab illis antrorfum duo nervi ad oculos pergebant; ab utroque latere procedebat nervus major, foramini offis petrofi infertus. Aliæ fibrillæ ex lateribus dictorum corpusculorum prodibant. Aberat os frontis ad criftam galli, fyncipitis, temporum, lambdoïdëi maxima pars. In facie omnia rite erant conformata.

Infanti, quem vidit Saviard (*h*), maxima pars offis frontis, occipitis, temporum deficiebat, & tota aberant verticis offa. — Magnum offis occipitis foramen tectum erat membranâ, fimili duræ matri, & in hac finus erant laterales, unde fanguis fefe evacuabat in jugularem internam. — A latere fellæ turcicæ duo cernebantur corpora fpongiofa, quorum alterum magnitudinem nucis juglandis, alte-

(*h*) Heelkund. Waarneem. pag. 174.

alterum olivæ habebat. — Vixit ſex horas. — In altero infante, quem idem obſervavit (*i*), aderat ſolummodo pars inferior oſſis frontis, quæ ſuperiorem portionem orbitarum facit; parva linea ab oſſiculis naſi ſeſe extendebat ad ſellam turcicam, pro parte oſſe frontis tectam. Verticis osſa aberant; occipitis non niſi pars inferior conſpiciebatur, quæ foramen magnum format; hoc autem, a poſteriore planum, ad altitudinem ſex linearum adſcendebat. Supra hoc foramen rubicundus ſeſe offerebat tumor, cum medulla ſpinali communicans, ſanguine repletus. Squammoſa oſſium temporum pars deficiebat, multiforme aderat; ſed cribriforme cum criſta galli non conſpiciebatur. Vixit quatuor dies, ſeſe movebat, ſugebat, clamabat.

A ſana matre, nullum omnino malum per totum graviditatis tempus paſſa, natus puer traditur, omni modo bene conformatus, ſi ſolum excipiatur caput, cujus pars ſuperior, depreſſa, inæqualis, integumentis rubris tecta. His ſeparatis os frontis videbatur in os multiforme depreſſum; partes ſquammoſæ oſſium temporum deërant, ut & osſa verticis; occipitis oſſis ſola aderat baſis, quæ conjungitur cum multiformi, & in media ipſius parte erat foramen pro medulla ſpinali. Cerebrum nullum. Ca-

roti-

(*i*) Heelkund. Waarneem. pag. 180.

rotides & vertebrales in membranam, oſſa tegentem, parvos ſpargebant ramos. — Medulla ſpinalis infra tertiam vertebram incipiebat, conſueto modo nervis originem præbens. Oculi, qui ad ſummitatem frontis videbantur poſiti, & maxime prominebant, erant naturales, omnibusque ſuis gaudebant nervis. In facie nil notatu dignum occurrebat. — Adfirmabat obſtetrix, vivum in lucem prodiisſe hunc infantem. Gravida motus maxime moleſtos circa finem geſtationis perceperat (*k*).

Caput puellæ, quam examinavit Monton (*l*), parte maxima carebat. Pars ſuperior oſſis frontis, oſſa verticis, partes ſquammoſæ oſſium temporum, pars ſuperior oſſis occipitis deſiderabantur. Loco cerebri ſaccus erat, ferme rotundus, ex dilatata dura matre formatus, materiam rubellam, ſpongioſam, fibroſam continens, unde nervi originem ducebant. Ad tertiam usque colli vertebram ſeſe extendebat ſaccus hicce. Pars inferior & poſterior osſis occipitis ſeceſſerat in portiones duas, & colli, dorſique vertebræ pariter a poſteriore hiabant usque ad primam lumborum, ac tegebantur dura matre, non cute, quæ, fiſſa, & in utroque latere cicatrice obducta videbatur.

Unde-

(*k*) Buſſiere in Philoſophical Transact. N. 251. pag. 141.

(*l*) Lettre a Mr. Andry au ſujet d'un Enfant monſtreux. Journal des Sçavans. Août 1722. pag. 186.

Undecim horas poſt partum vixit puer ſeptimeſtris, a matre morboſa in lucem emiſſus, cujus cranium ſimili laborabat deformitate, ac in præcedente infante. Os frontis, occipitis, & oſſa bregmatis plane aberant. Oculi ſummum tenebant faciëi, ſuis orbitis vix incluſi. —— Tota facies referebat faciem capitis, cui, conſueta methodo conſuetaque dimenſione, cranium eſt ſerrâ amputatum: ſaltem hic ora oſſium, a natura aberrante, ita decurtatorum communi integumento eousque erat coöperta, quo membrana quædam reliquam cranii baſin in plano contegebat; ſaltem in medio fere hujus ſpatii prominebat os ſphenoïdes nudum, & inæquali bifida facie ſtatim conſpicuum. Expanſa ſuper planam baſin cranii dicta membrana rubicunda & ſanguine ſuffuſa apparebat, ſuisque ſulcoſis tractibus ita transparentibus, ſpem ante aperturam faciebat ſubtus latentis cujusdam tenuis cerebroſi tractus, ſed ſpes fefellit. In medio baſeos cranii conſpicui inæquales, & bifidi quaſi proceſſus oſſis ſphænoïdis, nonnullis corneæ excreſcentiæ eſſe videbantur. In poſtica occipitii parte membranæ ſuper extenſæ rotundum habebant foramen, per quod ſtilo explorare licebat, hic latere aliquid cerebri. —— Reliquæ corporis partes erant bene fabrefactæ. —— Membranis, baſin cerebri contegentibus, decuſſatim diſſectis, nihil in anteriore baſeos cranii parte, ubi alias bina cerebri hæmiſphæria eſſe ſolent,

ſolent, inventum fuit, quam membrana, venoſis tractibus turgida, ſanguine quaſi ſuffuſa. —— Sub iſta autem membranæ parte perforata, quæ occipitii baſin contegebat, ſtatim in conſpectum venit medulla ſpinalis, inter quam & os ſphænoïdes bina cerebroſa hæmiſphæriola cum interjacente conariolo conſpiciebantur, quæ reclinata uni quartæ ſegmenti cutanei, in crucem facti, parti adhærebant. —— Ex medulla ſpinali nervi oriebantur. Duo exiles ad anteriorem cranii baſin procedebant, & inde ad oculos. Sed nervorum diſtributio non exacte inveſtigata eſt (*m*).

Celebris olim Holmienſis medicus van Horne Bromelio diſſecandum obtulit infantem maſculum, novimeſtrem, mortuum editum, cujus truncus & extrema ſatis bene formata erant, ſed vultus deformis. Tota quippe cranii pars ſuperior, ſerrâ quaſi in orbem ablata, deërat, deficientibus ejusdem binis oſſibus frontalibus, ſyncipitis, & maxima parte temporalium atque occipitis, cujus tamen extremitati, adhuc ſuperſtiti & inclinatæ, cutis capillata & calloſa quaſi adhærebat. Totum capitis globum dura mater nuda & naturalis obtegebat, qua ſublata proceſſus quidam falciformis, & ſimul laterales, ſub eadem obſervabantur, ſed ne minimum quidem cerebri & cerebelli vel medullæ ob-

(*m*) Act. Medic. Berolin. Dec. 1. vol. 8. pag. 7. ſeq.

oblongatæ veſtigium, verum illorum loco totam cavitatem adimplebat lympha rutilans. Medulla ſpinalis theca ſua vertebrali integra continebatur, auditorii etiam, optici, & ad oculos, linguam, naſumque excurrentes cæteri nervi, exiles, & quaſi membranacei, per foramina ſua diffundebantur, ſed unde ortum traxerint, & quomodo vaſa arterioſa & venoſa diſtributa ſint, ob partium corruptelam, effuſumque ſanguinem mucoſum, certius cognoscere, non licuit (*n*). — Hoc in caſu & frontis & occipitis partes majores ſupererant, quam in noſtro.

Exempla, quæ hactenus enarravi, quæque non omnia æque accurate deſcripta ſunt, magis minusve, non autem perfecte conveniebant cum obſervatione, quam primo capite dedi; aſt illi caſus, quos memoriæ prodiderunt Morgagni, Haller, Buttner, talis naturæ ſunt, ut ferme ſimiles, ſi non plane easdem, deviationes exhibeant, & ea propter vel tanto magis hic ſubjungi mereantur, quia ex noſtris figuris horum virorum annotata non parum illuſtrari poſſunt.

Ter infantem, cerebro deſtitutum, cultro anatomico examinavit Ill. Morgagni, & omnes hosce caſus, qui annotarentur, dignos cenſuit, nullum vero figuris illuſtravit.

(*n*) Acta Litterar. Sueciæ anni 1725. pag 98.

vit. Breviter de primo casu, quem una cum Vallisnerio vidit, agit (*o*), dicitque, infantem, optimo habitu totius corporis, cunctisque visceribus rite constitutis, præditum, cerebro cerebelloque caruisse, nervos autem eodem modo sese habuisse, ut sanissimo cerebro solent. Huic, ut alibi monet (*p*), cranii nihil, præter basin, erat, neque hæc tota, nam quicquid de ipsa esse solet, post magnum ossis occipitis foramen, desiderabatur. Prolixius vero, & admodum exacte, cranium alterius infantis describit (*q*).

Collum huic infanti nullum, nullum occiput, nullum synciput, frons nulla; pro his omnibus membrana erat, laxa, rubicunda, mediocri tenuitate, nisi qua in hydatidem unam aut alteram majusculam haud procul ab anterioribus finibus, nonnihil crassescebat. Sub his oculi, cum anterior pars maxima deësset orbitarum, antrorsum prominebant. Ab lateribus pariter utriusque auriculæ pinna, deorsum concidens & convoluta, speciem insolitam exhibebat. Hæc tamen si excipiantur, & dexter pes introrsum contortus, reliquum faciëi, atque adeo corporis, ubique ferme secundum naturam constitutum, & probe nutritum apparebat, magnitudine, quæ fœtui semestri aut paulo majori

(*o*) Adversar. Anatom. 2. animadv. 35. pag. 72.
(*p*) De sed. & caus. morb. Epist. 12. art. 6.
(*q*) Epistol. Anatom. XX. artic. 56.

jori convenire videtur. Sublata rubicunda membrana, quæ integumentorum, offeique fornicis cranii loco erat, nihil illi, nifi cranii bafis, fuberat, & hæc informis atque imperfecta; quippe maximam partem efficiebant offa petrofa, prædura, & fecundum naturam fe habentia; nihil usquam cerebri, nihil cerebelli, nihil oblongatæ medullæ, nihil incipientium nervorum. Optici, ab oculis introrfum invefligati, intra craffitiem bafis cranii finiebantur. Qua vertebræ cervicales effe debuiffent, foramen ad fummam dorfi fpinam confpiciebatur, non parvum, & fecundum ejusdem longitudinem illic apertum. Intra hoc fpinalis medullæ initium confpiciebatur. Hæc repente ibi & per fe incipiebat, inde per univerfum fpinæ tubum producebatur. Nervi, ex hac ex ordine emiffi, erant tenues; medulla ipfa ab fummo ad imum prætenuis, & ex rubente tunica, fed non ex medullari conftabat fubftantia. Itaque fpinæ tubus erat propemodum inanis, & illius parietes rubicunda inveftiebat membrana, ejus fimillima, quæ pro cranii fornice fuit, ut pro dura matre utrobique haberi debuerit.

His addit fectionem puellæ a Santorino inftitutam, fibique ab amicis communicatam (*r*). Corpus optime nutritum ea magnitudine erat, quæ conveniret jufto partus tempore

(*r*) De fed. & cauf. morb. Epift. 12. art. 6.

pore in lucem emiſſæ puellæ, ut hæc ſtatim a partu mortua erat. Summum duntaxat caput valde erat depreſſum, a quo cum ſublata eſſet membrana craſſa, capillatæ cuti penitus connata, non cranii fornix, non cerebrum, quæ nusquam erant, ſed quædam quaſi veſica conſpiciebatur, in qua nil niſi aqua flava. Ab hac veſica, quæ anteriora tenebat, prorſus ſejuncta in cranii baſi, atque adeo in ipſa medullæ oblongatæ ſede, erat particula, nucleo amygdalæ non major, quæ cerebelli loco eſſe poſſet.

Tertium exemplum, quod Cl. Morgagni memoriæ prodidit (s), quoad cerebrum, maxillam inferiorem, cum noſtra obſervatione convenit. Nullum apparebat collum, ſupra oculos vix aliquid erat frontis, ex eoque loco pro communibus corporis integumentis, una erat membrana rubra, quæ capitis, minime ibi extuberantis, imo in poſteriora declivis, ſuperiora obducens, per medium dorſum ad thoracem ferme infimum pergebat, quanto magis deſcendens, tanto minus lata; ſub qua poſteriore membranæ parte asſurgebant protuberantiæ duæ oſſeæ, ut videbantur, quæ ſingulæ a ſingulis lateribus capitis profectæ, & quo longius ab ipſo deſcendebant, eo minus elatæ, magisque inter ſe accedentes, ſpinam ſubeſſe bifidam indicabant. —— Sub inci-

(s) De ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 48. art. 50.

incifa capitis membrana rubra, quæ erat tenuis, nihil quod pro cerebri, cerebelli, & oblongatæ medullæ reliquiis accipi poffet; apparuit, nifi duo quafi cornicula, quæ craffa, mollia, & ex rubro fufca, fingula in fingulis anterioribus bafis cranii lateribus prominebant, diffecta enim, præter concretum fanguinem, mucofam quamdam oftendebant materiam. Iis corniculis illa offis frontis pars fuberat, quæ fornicem orbitæ pofteriorem facit; nam anterior deërat, deërantque fyncipitis offa, & de offe occipitis quidquid non eft, ante magnum, quod nullum propterea hic erat, ipfius foramen. Temporum autem offa erant quidem, fed deorfum in latera retrorfumque protenfa. Ad quorum illa foramina, quæ auditorii ingrediuntur nervi, fruftra horum nervorum, ut aliorum pariter, in hac cranii bafi, quærebantur initia. —— Maxillæ inferioris ea erat longitudo, ut ultra fuperiorem, quamvis hic inter defcendendum valde in anteriora protenfam fe antrorfum extenderet. Intervallum inter partem dextram & finiftram longius quidem, fed multum, quam confuevit, anguftius erat, & hoc fingularis infuper arctabat utriusque craffitudo. Ad menti inferiora ambæ hæ partes in unum os coaluerat. —— Spina erat bifida, & fingulari ratione incurvata. Huic obfervationi adjunxit Morgagni aliam Valfalvæ (*t*), aliam Baronii (*u*).

Septi-

(*t*) De fed. & cauf. morb. Epift. 48. art. 48. 49.
(*u*) Ibid. art. 53.

Septimeſtri fœtui, quem ſecuit Hallerus (v), facies juſto brevior erat, oculi valde prominuli, frontis inſolita brevitas. Deërat frons pene tota, & ſupra oculos cutis cum dura matre continuabatur. Deficiebat omnis illa oſſea compages, quæ a ſuperciliis ad crucem occipitis convexa, & ovi dimidium referens, capitis fornicem efficit. —— Cerebri loco nihil aderat, inciſa dura, & in hoc corpusculo mire carnoſa membrana, præter glanduloſa quædam corpuscula, non diſſimilia lymphaticarum glandularum. Nudatis oſſibus, os petroſum inter omnia oſſa cranii elatiſſimum & nudum erat, quod caput utrimque terminabat. Foramina cæterum ſolita vaſorum, & nervorum & carotidum trunci & foſſæ jugulares ſuis locis reperiebantur, nervorumque conſuetæ viæ, inque ipſis aliquot funiculi. Sella equina & proceſſus clinoïdei legitimi aderant; verum deërat oſſi frontis perpendicularis lamina, ea vero, quæ, horizonti parallela, orbitæ lacunar perficit, brevior juſto remanſerat, unde indecora oculorum prominentia, pulſis quaſi antrorſum a depreſſo oſſe oculis. Squammoſum os inclinatum erat, & in horizonti parallelam planitiem reflexum, in cranium introceſſerat, nullo manente elevatæ laminæ

(v) Opuſc. Anatom. pag. 282. ſeq. Eundem hunc caſum, titulo Exempli deficientium oſſium cranii, deſcripſit etiam tractatu de monſtris Oper. min. Tom. 3. pag. 13.

minæ temporalis veſtigio. Syncipitis oſſium ne veſtigium aderat. Sed & occipitis os vix aliquantum ſuper magnum foramen adſcendebat, tota ea parte mutilum, quæ poſteriorem capitis rotunditatem perficit. Vertebræ colli tantum quinque fuerunt, earumque quinta, amplior, hiabat. Spinalis medulla inebriata quidem rubro gelatinoſo liquore, adfuit tamen, dura ſua, & molli, membrana & arachnoïdea defenſa.

Puellam, poſt enatum puerum vivum, mortuam in lucem emiſſam, ſine cranii fornice, cerebroque, deſcribit Buttner (w), & hæc obſervatio magis, quam ulla alia præmiſſa, cum noſtra convenit. Corpus, artusque bene erant conformati, ut in juſto tempore enatis. Oculi multum prominebant. Convexa cranii pars aberat, & videbatur fornix ſerræ ope ablatus. Cutis frontem ſolito modo tegebat, ſed, ubi ad planam capitis partem devenerat, albido margine circumcirca terminabatur, a quo membrana tenuis mollis, fusca, tres pollices longa, totidemque lata oriebatur, quæ tamen veræ cutis, ſed hic degeneratæ, continuatio videbatur. Media in parte apex oſſiculi cujusdam prominebat, & ante hunc apicem foramen erat, inſtar valvulæ, quod ſtilum admittebat, quæ ſub dicta tenui membrana

(w) Anatomiſche Bemerkungen pag. 92. 100. ſeq.

brana sic potuit moveri, ut constaret, hanc ossibus non adhærere. Ossa, quæ superiorem cranii partem formant, aberant; in nucha molle quid detegebatur, parvumque foramen, per quod stilus immitti potuit, & ex quo medullosi aliquid proveniebat. — Separata membrana a subjectis ossibus, ne minimum cerebri aut cerebelli sese offerebat; basis cranii ossea mox in conspectum veniebat, & prominens osseus apex erat illa ossis occipitis pars, quæ cum posteriore parte baseos ossis multiformis, seu sellæ turcicæ, connecti semper solet, & huic medulla oblongata incumbebat. Carotides arteriæ, cervicales, sinus laterales duræ matris aderant. Ex medulla oblongata omnes ferme prodibant nervi. Optici vero originem trahebant ex parva portione medullari, a quoque latere ossis frontis sita. —— Crista galli non conspiciebatur, sed ad partem ossis frontis superstitem videbatur desinere sella turcica, cujus figura etiam insolita erat. — Superiores ossis frontis partes deficiebant, illiusque lamellæ, quæ supremam cavi oculi partem formant, erant admodum tenues; cava hæc ergo solitam non habebant profunditatem. Verticis ossa duo una cum squammosis desiderabantur, aderant vero petrosa. Ossis occipitis pars superior non animadvertebatur, sed in utroque latere portio inferior hujus partis, cum qua pars lateralis ejusdem, ossis conjungitur (os occipitis enim in neonato ex quatuor

par-

partibus conſtat) ſupererat, & verſus exteriora in apicem deſinebat, qui, oſſi temporum incumbens ad frontis os ſeſe extendebat. Hæ duæ portiones, ubi dura mater medullam ſpinalem in ſpecu vertebrarum comitatur, non junctæ, ſed ab invicem ſeparatæ erant. — Palatum fiſſum erat, eique duplex adhærebat uvula.

Bene conformata cæterum hæcce puella vixit, ſeſe movit intra uterum, ſicque confirmavit, absque cerebro fœtus vitam ſubſiſtere poſſe; ſed & tales infantes ſubinde (ut caſus alii, allati, etiam probarunt) vivos in lucem prodire, atque per aliquot temporis ſpatium vitam protrahere poſſe, eidem Buttnero conſtitit (*x*), cum puellam, ſimili ferme cranio, ac præcedens, gaudentem examinavit. Baſis cranii membrana etiam tecta erat. Cerebri, cerebelli, & medullæ oblongatæ nihil aderat. Pars parva oſſis frontis ſuperſtes, oſſa petroſa, ſella turcica, cum parte oſſis occipitis, firmiter invicem concreta, formabant dictam baſin. Os cribroſum adeo erat compreſſum, ut criſta galli & lamina cribroſa conſpici non potuerint. Sub margine oſſis frontis in quoque latere portio parva medullaris erat, unde nervi optici progrediebantur. Parti oſſis occipitis, quæ cum baſi oſſis multiformis conjungitur, non accumbebat medulla oblon-

(*x*) Ibid. pag. 110.

oblongata, sed sanguis coagulatus, qui foramen magnum etiam intrabat. Separata dura matre ab interna ossis occipitis superficie, comparebant sinus laterales. Ossa verticis deficiebant. — Ossa petrosa conjungebantur cum osse occipitis; ab anteriore superstes ossis frontis pars incumbebat parti squammosæ ossis temporis, quæ crassum marginem formabat. Multiforme os carebat processu magno laterali, cum quo, in aliis craniis, pars squammosa ossis temporis conjungitur. Sella turcica multum erat compressa, & processibus clinoïdeis anterioribus os frontis adeo incumbebat, ut cribriforme distingui non posset.

Longe sæpius in fœtubus sexus sequioris deformitates, hactenus descriptas, fuisse visas, quam in maribus, observavit Morgagni (y); confirmat hoc noster casus, ut & alius, quem postea vidi, fœtus septimo graviditatis mense, una cum alio, bene conformato potioris sexus, in lucem emissi, cui cranium simili modo erat conformatum, ac infanti, cujus descriptionem primo capite dedi: integumenta, qualia totum corpus investiebant, caput integebant, nullaque aderat fissura, ad medullam spinalem tendens, sed ibi loci fovea quædam conspiciebatur satis profunda, in cœcum, tenui membrana obductum, finem termi-

(y) De sed. & caus. morborum Epist. 12. art. 6. Epist. 48. art. 49.

minata. Quantum conjectura assequi licuit, sectionem enim instituere non potui, cranium, si non perfecte eodem modo erat conformatum, saltem pro maxima parte cum dicto conveniebat. Nullum adesse videbatur foramen magnum. Frontis ossis maxima pars aberat, & verticis ossa deficiebant penitus. Adeo complanatum erat totum cranium, ut vix ullum cerebrum adesse potuerit.

Observationem Clar. Morgagni probant ulterius ferme omnia exempla, quæ attuli. Singularis autem est Henckelii observatio fœminæ, quæ duas puellas, monstroso tali capite præditas, duos vero pueros, bene conformatos, in lucem emisit. Alteram puellam secuit, &, licet anatome nullo modo exacta sit, inde tamen constat, cerebrum adfuisse nullum; ossis occipitis apicem fuisse bifidum, duas vero, in quas recessit partes, versus latera fuisse reclinatas (z).

(z) Neue Medicinische und Chirurgische Anmerkungen. I. Samml. pag. 74. seq.

CAPUT QUARTUM.

De causa maxime probabili degenerationis cranii hactenus descriptæ.

Qui attendit ad communicatas hactenus verorum acephalorum, illorumque, qui minus bene sic dicuntur, & quorum catalogus adaugeri facillime posset (*a*), observationes, mirabitur, toties tales obtigisse casus, tot miseros in lucem emissos fuisse infantes, qui vel omni encephalo, vel maxima cerebri parte, destituti, aut in partu mortui sunt, aut e vita, cujus usura vix ipsis erat concessa, mox secesserunt, sed simul hanc movebit quæstionem, cuinam causæ hæcce monstrositas sit adscribenda?

Si

(*a*) Conf. Mauriceau Traité des maladies des femmes grosses, pag. 115. 116. Preston in Philosoph. Transact. n. 226. pag. 439. Tyson ib. N 228. pag. 533. Heister Observ. Medic. Miscell. obs. 14. pag. 30. in Halleri Collect. Disput. Anatom. Tom. 6. pag. 740. Johnston in Philosoph. Transact. vol. 57. pag. 115. Heuermann Vermischte Bemerkungen 1. Band pag. 313. Tab. 4. —— Adservatur etiam in Museo Societatis Scientiarum Harlemensis sceleton talis acephali. Hujus cranium in multis cum nostro convenit, spina bifida est, totaque hiat. Cum exsiccatum sit, & hinc cartilagines, inter ossa mediæ, formam amiserint suam, partes omnes non tali distinguere modo licet, ac in recenti.

Si illos effectus imaginationi adscribendos esse censerem, quos inde derivant multi, memoratum etiam casum ipsi tribuere, foret facillimum: interrogata etenim de omnibus, quæ, durante graviditate, acciderant, mater, primo quidem, nullam sibi cognitam causam esse, cui deformitatem sui infantis adscriberet, fassa est, postea autem in mentem sibi revocavit, se, in principio graviditatis, suos, qui simiarum gesticulationes admirabantur, vocasse infantes, ne forte ab iisdem læderentur, &, cum non obedirent, alterum, manu prehensa, ad se traxisse, mox vero majorem simiam in se insiliisse, atque abdominis dolorem excitasse, sic ut maxime perterrita recesserit. Verum a tot viris celeberrimis, exemplis adeo luculentis, demonstratum est, omnes monstrositates ab imaginatione (licet negari non posse videatur, illam diversos in corpus humanum effectus exserere) non esse derivandas; alia itaque causa videtur quærenda, & hæc duplex esse potest, vel externa vel interna.

Cel. Hallerus, postquam fœtum humanum septimestrem, sine cerebro editum, examinaverat, & suam hanc observationem cum multis similis fabricæ exemplis contulerat, fœtum hunc ab aliqua injuria externa in monstri formam fuisse deturpatum, non vero a primis retro principiis peculiarem fabricam retulisse, statuit (*b*). Rationes, quas ad-du-

(*b*) Opuscul. Anatom. pag. 290.

ducit, optime in noſtrum etiam caſum quadrant, & hujusmodi videntur, ut vix ullus dubitandi locus ſuperſit. Nervorum aderant foramina, arteriarum & venarum, & non ſolum alieniſſimum a ſapientia naturæ ipſi videtur, iviſſe ad cranium arterias, venas, nervos, in quo nullum cerebrum eſſet, verum omnino ſanæ rationi contrarium. Veſtigia paſſæ violentiæ ubique nimis manifeſta erant; introrſum eliſum os ſquammoſum injuriam exprimebat comprimentis potentiæ; conſentiebat undique occipitis & frontis deficiens lamina. Dubium itaque Hallero non videbatur, aliquo tempore, a vehementi cauſa, fœtus caput elidente, mollia adhuc capitis oſſa, undique compreſſa, crepuiſſe, & fluidum hactenus cerebrum & cerebellum eliſiſſe, minima ſuperſtite particula; & periiſſe in ea tempeſtate oſſa ſyncipitis; & oſſa temporum figuram mutaſſe, quemadmodum a ſimili violentia frequenter in fœtubus, cerebro deſtitutis, tumores, ſanguine pleni, reperti ſunt, herniæ cerebri, ut multis adductis exemplis probat; videtur autem ipſi hoc tempus præcox fuiſſe, & inter initia humanæ formæ, quia cutis cum dura membrana continuo nectitur; dura autem membrana a pericranio, in primis vitæ initiis, nullo intervallo diſtat, ſed nuda nudo, tanquam altera lamina ſubeſt, & ſenſim ſeparatur a pericranio, internaſcente oſſea materie cranii.

Si

Si jam mutationes adtendimus, quas in nostro fœtu subierunt ossa cranii, illa certe ex compressione, ex violentia externa, (forte a simia insiliente) superiori capitis parti illata, derivari, explicari, possunt, præsertim, quia hæc locum habuit eo tempore, quo ossa nondum osseam duritiem induerant. Potuit fornix cranii sic deprimi, ut ossa temporum, lateralem ipsius partem constituentia, a se invicem removeri debuerint, apex ossis occipitis in duas secedere partes, alteram dextrorsum alteram sinistrorsum dimotam, sic ut, destructis ossibus verticis frontisque, consumto cerebro & cerebello, cui vix ullum spatium amplius supererat, nuda basis conceptaculi cerebri, non tantum sese monstraverit, verum etiam hujus media pars multum adsurrexerit, lateralibus depressis. Tanto autem probabilior videtur hæc sententia, quoniam plurimi infantes, qui tali deformitate laborarunt, una cum alio, robustiore, vivo, valente, fœtu in utero fuere contenti, quo certe in casu alter alterius incrementum impedire potuit. Rationes, ob quas cum Hallero hac in re sentio, eædem etiam sunt, quæ Celeberrimum hunc virum permoverunt, ut dictam amplecteretur sententiam. Aderant nervi omnes, aderant vasa vertebralia, carotides arteriæ, venæ jugulares, aderant solita foramina, per quæ decurrebant, aut transire debuerant, licet non omnia solitis locis posita essent, & nonnulla confluxerint; partes omnes col-

colli, maxime compressi, ob sanguinis circulum, his in locis non adeo liberum, sed multum impeditum, suffuso quasi sanguine turgebant. Dictæ autem partes omnes vasculosæ, si a primo initio caput sic fuisset formatum, non adfuissent, non sanguinem accepissent, nervi non fuissent detecti, propriis in foraminibus non essent visi, nisi olim adfuerit cerebrum.

Verum etiamsi hoc modo ortus dictæ degenerationis explicari posse videatur, constetque, causam externam illi malo originem præbere posse, tamen ab interna simile malum etiam deduci posse, jure ostendit Clar. Morgagni, eique pariter adstipulatur Hallerus.

Mirabile visum in ejusmodi observationibus est, inquit Morgagni (c), cerebrum defuisse, id vero aliquanto minus homines fortasse mirarentur, si cogitarent, minime necesse esse, ut a primordiis defuerit, sed, cum primum esset, postea vi morbi ingruente, sensim extenuari, & demum abscedere potuisse. —— Quid, si hydrocephalum aut solum, aut cum tumore ad cervicales vertebras conjunctum, fœtui accidat? Quid si postquam tenera adhuc cranii ossa, premendo urgendoque, alia ab incremento ulteriore prohibuit, alia pervertit; si postquam cerebrum multo te-

nerri-

(c) Epistol. Anatom. 20. artic. 57.

nerrimum, incredibilem in modum attenuavit, demum crescente usque & usque aqua, tumoris integumenta perrumpat, indeque & aqua & cerebrum, magna ex parte in aquam resolutum, effluant? — Quam sententiam confirmare videntur & hydatides, in multis talibus casibus in dura matre visæ, & foramina ad initium medullæ spinalis conspecta, quale in casu, primo capite descripto, etiam obvium fuit. Suam autem hancce opinionem ulterius postea exposuit (*d*), ostenditque, quales inde mutationes in ossibus suboriri soleant. Vertebrarum degenerationes in ita dicta spina bifida quis attendat, easque cranio applicet, & intelliget, aquam, quæ, antequam tumor disrumpitur, in fœtubus partes laterales vertebrarum, cum suis corporibus inter se cartilaginis ope nexas, tantopere ab invicem removet, ut insignis hiatus detur, ubi processus spinosus adesse debebat, in capite etiam collectam, sic a se invicem dimovere cranii ossa posse, ut planiorem offerant superficiem (*e*). Ex hydrocephalo disrupto illum etiam explicari posse casum, monet Morgagni (*f*), quem supra attuli (*g*), in quo cranium

(*d*) De sed. & caus. morb. Epist. 12. art. 6. 8.

(*e*) Conferantur, quæ hac de re dixi Exercitat. Academ. cap. 4. pag. 50. 64.

(*f*) De sed. & caus. morb. Epist. 48. art. 50.

(*g*) pag. 52.

nium descripto modo erat vitiatum, & simul tota spina bifida; & Hallerus (*h*) spinam bifidam & deformia absque cranio capita pleraque hydrocephalo tribuit, qui paulatim cerebrum consumit, ut aqua sola supersit, dein ossa tenuia reddit, inde destruit, hiatumque facit, per quem cerebrum exit, & aqua sub ipsa integumenta erumpit.

Ex dictis hactenus formanda hæc conclusio videtur, tales, quales multi descripserunt, qualem ipse hoc in opusculo delineavi, infantes, ita dictos acephalos, a causa vel externa vel interna, ex pressione, in tenerum caput agente, vel ex hydrocephalo, dicto modo descriptas mutationes producente, verosimiliter esse deformes, & monstrositates has dirorum morborum, embryones affligentium, connatorum, minimeque infrequentium, ingratas esse sequelas (*i*), non vero tales una cum fœtu eodem tempore esse formatas (*k*). Novi equidem esse Auctores celeberrimos, & inter hos Clar. Prochaska (*l*), qui dictis causis non multum

(*h*) De monstris lib. 2. cap. 6. Oper. minor. Tom. 3. pag. 136.

(*i*) Conf. Roederer Diss. de vi imaginationis in fœtum negata. Petropol. 1756. pag. 78. & Opuscul. pag. 124.

(*k*) Hanc sententiam, allato exemplo, probare etiam studuit Tyson Philosoph. Transact. n. 228. pag. 533.; pluribusque ostendit Buttner Anatom. Wahrnehm. pag. 100. 120. hanc causam descripti vitii probabilem esse.

(*l*) Annot. Acad. fasc. 2. pag. 71. 139.

tum tribuunt, & posteriorem sententiam esse amplectendam censent; stet sua cuique in re, quæ decidi nunquam potest, salva sententia. Mihi, qui hypotheses plane inutiles, sæpe maxime noxias, puto, sufficit, brevibus ostendisse, probabiliter in meo infante, in similibus aliis, rite formatum fuisse cranium, sanum adfuisse cerebrum, cum inde originem trahentes, & ad illud tendentes partes omnes bene conformatæ & sanæ fuerint; cranium autem vel a causa externa, in caput agente, vel a collecta intus aqua potuisse sic mutari, ut, destructis, consumtis, partibus nonnullis, degeneratis aliis, solam basin oculo exhibuerit, & cerebri vix ac ne vix quicquam retinuerit; quemadmodum in fœtu, septimo mense eliso a fœmina, quæ primis graviditatis mensibus per scalas præceps ceciderat, & caput in parte postica graviter alliserat, occiput admodum deformatum, prorsusque depressum & planum, cerebri & cerebelli ne vestigium quidem, sed loco horum massam quamdam confusam & informem, grumosi instar sanguinis, peculiari tunica obductam, vidit Pauli (*m*); & a fœmina, quartum impraegnata, satis bene valente, sed quæ mense quarto gestationis, in genua & alterum latus abdominis prociderat, elapso termino prolem masculam enixam obser-

(*m*) Act. Physic. Medic. vol. 5. pag. 242. obs. 62.

ſervavit Spoërlin (*n*), a parte capitis tam vitioſe conformatam, ut pro monſtroſa merito haberetur; defuit enim tota calvaria, ſi baſin excipias; oſſa frontis, ſincipitis, occipitis cum temporalibus maximam partem deſiderabantur: oculi ſummum tenebant faciëi; loco cerebri aderat ſubſtantia quædam mollis, inſtar cerebri ac cerebelli, ſuis meningibus incluſi, configurata, ſed hydatidibus, lumore limpido, viscidiuſculo, ſubflavo, diſtentis, conſpicuo. — Compreſſionem certe in tenerum fœtum, utero contentum, tali agere modo poſſe, ut deformitates inde producantur, alia occaſione luculentiſſimo probavi exemplo (*o*). Clar. vero Prochaska (*p*) fœtum humanum ſine pedibus & crure ſiniſtro, crure vero dextro valde imperfecto, & cum magna hernia ventrali, natum, deſcribens, annotavit, nullius cauſæ prægreſſæ recordari potuiſſe fœminam, neque imaginationis inſolitæ neque lapſus in ventrem tempore geſtationis, & ſuperaddidit, ſe vel ideo præſertim hoc monere, quoniam ego (*q*), ſimilem hernioſum fœtum deſcribens, quem præceſſerat matris tertio menſe gravidæ in ventrem lapſus, ab.

(*n*) In Diſſert. de prole quadam cranii experti, Baſileæ 1728. defenſa.

(*o*) Obſervat. Anatom. Patholog. lib. 3. cap. 1.

(*p*) Annot. Acad. faſc. 2. ſect. 4.

(*q*) Obſervat. Anatom. Patholog. lib. 3. cap. 1.

ab hac violenta cauſa fœtus hernioſi ac valgi, pluribusque aliis vitiis monſtroſi originem derivandam eſſe cenſui, & aliis obſervationibus probare contendi; ipſe vero putat, quod longe prius horum vitiorum poſitæ cauſæ eſſe videantur, quam quod tertio menſe in meo caſu, ſerius in aliis obſervatis, contigerint, quoniam fœtus non videtur ſalva vita ferre poſſe talis cutis & musculorum abdominis & peritonæi rupturam, ut omnia viscera abdominis prolabantur, quin vel pereat hæmorrhagia ruptorum vaſorum, aut inflammatione, tantum vulnus neceſſario inſequente. Verum liceat, pace viri eruditiſſimi, monere, tali in caſu, ut etiam in herniis umbilicalibus, diu a nativitate ſubortis (quemadmodum hoc olim (*r*) probavi) peritonæum, quod eo loco, ubi umbilicus eſt, nullo foramine hiat, integerrimumque exiſtit (*s*), non lacerari, multo minus musculos abdominales atque integumenta, ſed integrum peritonæum per hiatum, inter musculos rectos relictum pro tranſitu vaſorum umbilicalium, protrudi, hunc hiatum ſenſim dilatari, musculos a ſe invicem multum recedere, & inteſtina, ſuo ſacco, peritonæo, contenta, inter musculos prolapſa, ſub integumentis expanſis, ſeſe exhibere, quæ partes quidem

(*r*) Obſervat. Anatom. Patholog. lib. 1. cap. 4. pag. 75.

(*s*) Conf. Icon. herniæ inguinalis congenitæ, pag. 18. Tab. IV.

dem omnes, ob nimiam extenuationem, pellucentes, interanea oculis exhibent, quemadmodum in diſſecto illo corpore luculentiſſime patuit; tumor enim abdominis, inter ſemotos, & rotundulum marginem formantes, musculos, exiſtens, conſtabat peritonæo, maxime elongato, & in principium funiculi umbilicalis protruſo (*t*); ex quibus ſequi videtur, rationem, quare meam opinionem rejiciendam eſſe cenſuit Vir Clariſſimus, talem non eſſe, ut admitti poſſit.

(*t*) Obſervat. Anatom. Patholog. lib. 3. cap. 1. pag. 10.

FIGURARUM EXPLANATIO.

TABULÆ I.

Facies anterior infantis cerebro deſtituti.

TABULÆ II.

Facies poſterior ejusdem infantis.

TABULÆ III.

Fig. 1.

Caput ejusdem infantis, prout ſeſe exhibuit, ſublatis a fronte ſupra oculos recta retrorſum ad auriculas, indeque ad medium dorſum integumentis.

a. a. a. a. a. Margo integumentorum ablatorum.

b. b. Oculi admodum prominentes, & extra ſuas orbitas protruſi.

c. Pinguedinis copia notabilis, inter duos oculos obvia.

d. d. Similis pinguedo inter oculos atque aures.

e. e. Auriculæ multum dependentes, & antrorſum promotæ, ſic ut ſummos humeros ferme attingerent.

f. f. f. f.

f. f. f. f. Margo osseus, supra radicem nasi incipiens, & ad latera pone aures sese extendens.

g. g. Portio mollis, membranacea, sanguine effuso turgida, cavum quoddam, in cœcum finem terminatum, includens.

h. h. Ossa petrosa multum sursum protrusa.

i. i. Foramina pro nervis auditoriis.

k. Pars media ossis occipitis, quæ a foramine magno ad partem posteriorem basis ossis multiformis adscendere solet, & cum ea connecti.

l. l. Versus latera reclinatæ partes ossis occipitis, in quas apex hujus ossis divisus erat.

m. m. Partes ejusdem ossis laterales, multum a se invicem remotæ.

n. n. n. Ligamentosa, crassa saltem & firma, substantia a dictis partibus osseis in spinam dorsi tendens.

o. Hiatus ante dictam substantiam versus specu vertebrarum tendens.

p. Dorsum.

q. q. Prominentes mucrones partium lateralium Epistrophei.

r. Apices, in quos desinit vertebra quinta colli.

Fig. 2.

Fig. 2.

Idem cranium cum adnexa fpina, magis denudatum; fublatis oculis, auriculis, integumentis omnibus.

a. a. a. Margo offeus fupra radicem nafi incipiens, & verfus latera fefe extendens. Pars eft offis frontis, quæ glabellam & fupercilia conftituit, rotundulo margine terminata, deficientibus illis ejusdem offis portionibus, quæ frontem formant, & cum offibus verticis coronali futura necti folent.

b. b. Superftites partes lamellarum offis frontis, quæ inter oculorum cava & cerebri conceptaculum inveniuntur.

c. Partes offis frontis, quæ inter oculorum cava defcendunt, & cum quibus officula nafi cohærent.

d. Nafi osficula.

e. e. Partes laterales orbitarum, hic loci ex offibus jugalibus factæ.

f. Bafis offis multiformis, unde verfus latera procedunt proceffus clinoïdei.

g. Pars media offis occipitis, quæ a foramine magno ad partem pofteriorem bafis offis multiformis adfcendere folet, & cum ea connecti.

h. h. Offa petrofa, multum furfum protrufa.

i. i. Foramina pro nervis auditoriis.

k. k. Partes laterales oſſis occipitis, multum a ſe invicem remotæ, & verſus latera ferme recto tramite procedentes.

l. l. Separatæ & verſus latera reclinatæ partes oſſis occipitis, in quas apex diviſus erat.

m. m. Subſtantia ſingularis, granuloſa, cum nervis cohærens, cerebri forte reliquiæ.

n. Dens Epiſtrophei, appreſſus parti oſſis occipitis, quæ a foramine magno procedens cum baſi oſſis multiformis connectitur.

o. Pars anterior duræ matris, quæ medullam ſpinalem ab anteriore inveſtit, & per ſpecu vertebrarum deſcendit.

p. Medulla ſpinalis.

q. q. Arteriæ vertebrales, in apicem obtuſum deſinentes.

r. r. Partes laterales Atlantis, a parte poſteriore a ſe invicem ſeparatæ, & partibus lateralibus oſſis occipitis k. k. appreſſæ.

s. s. Epiſtrophei partes oſſeæ laterales, in duos mucrones deſinentes, & hiantes, deſtructa cartilagine, quæ a poſteriore illas nectere ſolet.

t. Vertebra quinta colli.

u. Vertebra colli ſexta.

v. Septima colli vertebra.

TABULÆ IV.

Fig. 1.

Cranium, ab omnibus partibus exactiſſime depuratum, ab anteriore.

a. a. Maxilla inferior ex unico oſſe conſtans.

b. Linea quædam, maxillam veluti in duas partes dividens, ſed ad parvam tantummodo a margine alveolari diſtantiam ſeſe extendens, & extrinſecus ſolum conſpicua.

c. c. Foramina, per quæ exeunt rami tertii rami quinti nervorum paris.

d. d. Oſſa maxillaria ſuperiora.

e. e. Margo alveolaris maxillæ ſuperioris, dentium rudimenta continens, & membrana inveſtitus.

f. Similis margo in maxilla inferiore.

g. g. Foramina, per quæ exeunt rami ſecundi rami quinti paris nervorum.

h. h. Proceſſus naſales oſſium maxillarium ſuperiorum.

i. i. Foramina narium, ſepto membranaceo diſtincta.

k. k. Oſſa jugalia.

l. l. Oſſicula naſi.

m. m. Oſſis frontis partes, cum oſſiculis naſi nexæ, & glabellam conſtituentes.

n. n. Supercilia.

o. p. q. r. s. Foveæ oculorum.

o. o. Vertices ossium maxillarium, sinus maxillares a cavis oculorum distinguentes.

p. p. Ossicula unguis.

q. q. Ossa plana.

r. r. Ossium jugalium partes, ad cava oculorum pertinentes.

s. s. Processuum lateralium ossis multiformis partes, quæ oculorum cava a latere exteriore perficiunt, vix hoc in situ conspicuæ.

t. t. Ossis frontis partes, quæ cava oculorum a conceptaculo cerebri distinguunt, pro parte tantum cognoscendæ.

u. u. Partes squammosæ ossium temporum admodum parvæ.

v. v. Partes duæ ossis occipitis, in quas apex hujus ossis, cæterum cum verticis ossibus conjungendus, separatus erat, quæque se supra partes squammosas ossium temporum extendebant ad os frontis.

Fig. 2.

Idem Cranium a latere exhibitum.

a. Maxilla inferior.

b. Fo-

b. Foramen, quo exit ramus tertii rami quinti nervorum paris.

c. Margo alveolaris maxillæ inferioris, dentium rudimenta continens, membrana tectus.

d. Maxilla ſuperior.

e. Ejusdem margo alveolaris.

f. Foramen, quo exit ramus ſecundi rami quinti nervorum paris.

g. Proceſſus naſalis oſſis maxillaris ſuperioris.

h. Oſſiculum naſi.

i. Septum cartilagineum narium.

k. Vertex oſſis maxillaris ſuperioris.

l. Os unguis, a cujus parte anteriore conſpicitur ſinus, cui incumbit ſaccus lachrymalis.

m. Oſſis frontis pars.

n. Os planum.

o. Os jugale.

p. Proceſſus zygomaticus oſſis temporis.

q. Oſſis jugalis pars, quæ cum oſſe frontis connectitur.

r. Proceſſus maxillæ inferioris, cui adhæret tendo Temporalis, pone jugum conſpicuus.

s. Pars ſquammoſa oſſis temporis.

t. t. Pars altera earum duarum, in quas apex oſſis occipitis ſeceſſit.

u. u. Pars lateralis offis occipitis.

v. Pars petrofa offis temporis.

w. Excavata pars in parte laterali offis occipitis, & petrofa offis temporis, diverticulum quafi formans, intra quod fanguis colligebatur, ad venam jugularem, cum foramine, ad fundum hujus excavatæ partis inveniendo, communicantem, tendens.

x. Proceffus lateralis osfis multiformis.

y. Bafis ejusdem offis.

z. Lamella offis frontis, cavum oculi a cerebri conceptaculo diftinguens.

α. α. Offis frontis margo, fupercilium formans.

TABULÆ V.

Fig. 1.

Idem cranium, a parte fuperiore exhibitum.

a. a. Margo, quo os frontis definebat, glabellam, fuperciliaque formans.

b. b. Lamellæ offis frontis, oculorum cava a conceptaculo cerebri diftinguentes.

c. Cribriformis offis parva portio fuperftes.

d. Bafis offis multiformis.

e.e. Processus priores hujus ossis, insolitum locum occupantes.

f. Excavatio quædam, quæ degenerati cerebri reliquias continuit. Similis aderat in opposito latere.

g. Foramen pro ramo secundo quinti nervorum paris.

h. Simile pro ramo tertio ejusdem nervi.

i. Foramen pro vasis.

In dextro latere his foraminibus tantummodo litteras adscripsi, ejusdem naturæ in latere sinistro aderant. Quæ nervos opticos transmittunt foramina cum laceris, illisque quæ ex parte laterali cavi oculi ad tempus tendunt, confluxerant, & in quoque latere non nisi unum constituebant.

*. Cartilago, basin ossis multiformis cum osse occipitis nectens.

k. Ossis occipitis pars, quæ cum multiformis ossis basi connectitur.

l. l. Partes petrosæ ossium temporum, oblique ad basin dicti ossis adscendentes.

m. m. Foramina pro nervis auditoriis.

n. n. Foramen pro carotide arteria interna, maxime contractum.

p. p.

o. o. Partes laterales offis occipitis.

p. p. Diverticula in his partibus lateralibus offis occipitis, unde venæ jugulares internæ fuum accipiebant fanguinem.

r. r. r. r. Partes, in quas apex offis occipitis fecefferat, quæque a fe invicem multum remotæ latera cranii conftituebant, & ad os frontis fupra fquammoforum offium reliquias fefe extendebant.

s. s. Fiffuræ, quæ in parte hacce offis occipitis femper adeffe folent.

t. t. Margo anterior foraminis magni, ex parte illa offis occipitis factus, quæ adfcendens cum bafi multiformis nectitur.

u. u. Frontis offis portiones, media linea diftinctæ, inter oculorum cava defcendentes, & cum officulis nafi nexæ.

v. v. Officula nafi.

w. w. Maxilla fuperior.

x. Maxilla inferior.

y. y. Offa jugalia.

z. z. Vertices offium maxillarium fuperiorum.

α. α. Oſſa plana.

β. β. Oſſicula unguis.

γ. γ. Proceſſuum lateralium oſſis multiformis partes, quæ cava oculorum perficiunt.

δ. δ. Foramen, in quoque latere unicum, ex multis confluentibus natum. Hoc minus apparet, quam revera eſt, quoniam per illud transparentes partes nonnullæ etiam delineatæ ſunt.

Fig. 2.

Idem cranium ab inferiore viſum.

a. Maxillæ inferioris pars anterior, mentum conſtituens.

b. b. Maxillæ inferioris partes poſteriores, unde condyli cum oſſibus temporum conjungendi ſurſum tendunt.

c. c. Palatum oſſeum.

d. Vomer, narium cavitates, a latere ipſius obvias, diſtinguens.

e. e. Proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis.

f. f. Annuli oſſium temporum, membranas tympani continentes, præternaturalem formam habentes.

g. g. Partes mammillares offium temporum; & inter has hiatus notabilis.

h. h. Foramina, inter partes laterales offis occipitis, inter partes ejusdem offis, in quas apex fecefferat, & inter offa petrofa: ad quæ defınebant venæ jugulares internæ.

i. i. Partes laterales offis occipitis.

k. k. Superficies, æquabiles, parum excavatæ, in hisce partibus lateralibus, cum quibus Atlas cohærebat.

l. Pars illa offis occipitis, quæ cum bafi offis multiformis conjungitur.

m. m. m. m. Partes illæ duæ offis occipitis, in quas apex divifus erat.

n. n. Juga, ex proceffibus zygomaticis offium temporum & offium jugalium partibus, facta.

o. o. Partes fquammofæ offium temporum.

T A B U L Æ V I.

Vertebræ colli omnes ejusdem infantis. Sex inferiores invicem nexæ; prima, feu atlas, feparata a reliquis, & tum a fuperiore tum ab inferiore exhibita.

a. Epi-

Fig. 1.

Sex inferiores colli vertebræ a parte posteriore visæ.

a. Epistrophei dens, in duas superficies divisus.

b. Ejusdem vertebræ corpus, cartilaginis ope cum dente cohærens.

c. c. Partes laterales epistrophei.

d. d. Mucrones obtusi, in quos partes illæ laterales desinunt.

e. e. Superficies in partibus lateralibus obviæ pro nexu cum Atlante.

f. Corpus vertebræ tertiæ.

g. g. Partes laterales vertebræ tertiæ.

h. h. Vertebræ quartæ partes laterales.

i. Locus, ubi tertiæ & quartæ vertebræ, multum sibi invicem appressæ, cartilaginis ope cohærent.

k. k. Vertebra quinta.

l. l. Vertebra sexta.

m. m. Vertebra septima.

Fig. 2.

Eædem vertebræ a latere visæ, ut mutationes, quas partes laterales quoad situm subierunt, & membranæ, inter illas obviæ, conspiciantur.

a. Dens Epistrophei.

b. Corpus secundæ vertebræ.

c. Corpus vertebræ tertiæ.

d. Quartæ vertebræ corpus.

e. Vertebræ quintæ corpus.

f. Sextæ vertebræ corpus.

g. Septimæ vertebræ corpus.

h. i. k. l. m. n. Processus transversales harum vertebrarum.

o. p. q. r. s. t. Partes laterales vertebræ o. secundæ; p. tertiæ; q. quartæ; r. quintæ; s. sextæ; t. septimæ, magis, minusve ad se invicem accedentes, & membranis distinctis, quæ inter easdem delineatæ sunt, nexæ.

Fig. 3.

Fig. 3.

Atlantis facies inferior, qua reſpiciebat Epiſtropheum.

a. Arcus anterior cartilagineus, tenuiſſimus, qui parti anteriori foraminis magni ſic erat appreſſus, ut conſpici non potuerit.

b. Superficies excavata in parte laterali, oſſea, dextra, quæ cum Epiſtrophei parte laterali nectebatur.

c. Similis ſuperficies in parte ſiniſtra. Conf. Tab. VI. Fig. 5. e. e.

d. d. Mucrones inæquabiles, in quos partes laterales deſinebant. Deficiebat arcus poſterior, & partes dictæ laterales, maximopere a ſe invicem remotæ, partibus lateralibus oſſis occipitis accumbebant. Conf. Tab. III. Fig. 2. r. r.

Fig. 4.

Idem Atlas a ſuperiore viſus.

a. Arcus Atlantis anterior, cartilagineus, tenuisſimus.

b. Superficies in parte laterali ſiniſtra, oſſea, quæ cum oſſe occipitis conjungebatur.

c. Similis ſuperficies in parte laterali dextra, cujus ope nexus cum oſſe occipitis perficiebatur. Conf. Tab. V. Fig. 2. k. k.

d. d. Mucrones inæquabiles, in quos partes laterales deſinebant.

BIBLIOPEGO.

Tabulæ omnes ſic collocandæ, ut Tab. I. huic paginæ opponatur.

AAN DEN BOEKBINDER.

Alle de plaaten moeten zoo geplaatst worden, dat Tab. I. tegen over deeze bladzyde kome.

TAB. I.



A. Delfos, Omnes delineav.t R. Muys omnes, sculpsit.

TAB. II.






Fig. 1.




Fig. 2.






Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 1.



Fig. 2.




Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.

